

R 2324

20 III 1926 : 2732

22 25 4/20

(Panzer VII, 2.)

MARCI VIGERII

SAONENSIS SAN. MARIAE TRANS
TIBE. PRAESB. CAR. SENOGAL
LIEN. DECACHORDVM CHRI
STIANVM IVLIO II. PONT.
MAX. DICATVM.

CONTROVERSIA DE EXCEL
ientia Instrumentorum Dominicæ
Passionis, per eundem Dn.
Marcum Vigerium
discussa.

Ex Bibliothe Conuen. S. Sebdouien 1636

R III 1926 : 2732

Bibliotheca
Universitatis
Tartuensis
(Dorpatensis)
192 b 2732
4-III B
362
153360187

centum & melodiam noſtri, quin potius regii prophetici & Chriſtiani deca-
chordi adductum accipe quæſo. Quod ſi minus efficaciter minus ue decẽter
effeci, ue iam præſta. Vincitur enim omnis ſermo rerum multitudine, magni
tudine & eminentia, quę per hoc ipſum Decachordum pſalterium reſonãt in
eccleſia ſanctorum. Iubilo propterea in hoc mirifico inſtrumento deo
meo in timore & cum tremore cano quam maximo, quia me indi-
gnum pſaltem & cantorem raucum agnoſco. Et non ut re dignum
tanta aliquid efficiam, ſed ut ad melius concinnendum poſteri
aſſurgant utcunq; ualeo pulſo. Iam primum a me pulſatæ
chordæ ſonum ſuauiſſimum & ſalutiferum attendite. &
deinceps aliarum, ita enim uim uigorem & con
centum earum ſuauiſſimum nobiſq; uti
liſſimum agnoſcetis.



DE ANNVNCIATIONE VIRGINIS PROLOGVS

Excellentẽ legationis gratiã quã angelus ad Mariã missus a salutatione
e cœpit exponere, nulla unq̃ lingua potuit pro minima parte recensere,
nullũ ingeniũ assecutũ se fuisse potuit gloriari. Quis.n.mũdi cõplemẽ
A tum & integrũ ornamentũ, aut uerbis explicuisse, aut mente se penitus attigisse cõfidat? Cuius primordiorũ uel minutissimas particulas philosophi q̃tũlibet ingenioſi & studiis indagãdarũ naturę rerũ intẽtissimi, certa rõne assequi nõ potuerũt. Socrates cũ p̃ oẽm uitã rerũ sciẽtię incubuisset, se hoc unũ scire p̃fessus est, nihil scire. Plato ad particularia descendentibus describenda silentium

indixit, qa de illis qd certum afferri posset credidit ignorari. Aristoteles ultimas rerũ differentias nobis monstrauit ignotas, & ad sublimiora naturę mysteria indaganda nos quasi talpas aut noctuas existimauit. Nos agitur per hanc p̃stantissimam legationẽ de prima rerũ mundi congerie, indigestáq̃ mole aggreganda, non de suarũ partium discretione, non de earũ ad certos numeros, mensuras, ponderáq̃ conuentu, ad quæ plene dignoscenda nullũ adhuc peruenit ingeniũ. Et ñ forte quispiam horum se notitiã assecutũ fuisse existimauit, nemo certe inuentus est hactenus, qui se cogitare posse præsumpserit, quomodo fabricator mundi Deus ille Opt. Max. quo maius aut magis cogitari non potest, qui sine tẽpore semper fuit, & esse nunq̃ incepit, ante nouẽ supra nonaginta quadringentos ac mille annos sic factus homo, tot enim nunc annorum curricula reuoluuntur ab ea legatione fœlicissima quam hodie celebramus, per quã filius dei deus uerus descendit in uterum Virginis, cui ab angelo dictũ est. Aue &c. Ea certe legatione suam ultimam perfectionẽ mundus accepit, quando architectus mundi dei filius, patris eterni sapientiæ speculum, & imago, suo extremo operi se coniunxit. Nã quemadmodum circulus tunc incipit esse perfectus, quando lineæ qua concluditur initium iungitur extremo, ita creaturarũ series & uarietas immutabilis, ac certus ordo quo creata omnia connectuntur, & inuicẽ reuoluuntur. (ut suam aliquando ultimam perfectionẽ assequeretur) Erat consentaneum primum increatum ue principium ultimæ creaturæ sociari. Dei igitur sapientia quæ obliquari non potest, ars cui nihil decidere, nihil adiici possibile est, quæ sibi ipsi est rectitudo pennis, uerbum suum quod erat in principio principiũ per qd facta sunt omnia, homini qui teste Moyse oĩbus iam creatis formatus est, per hanc ipsam legationẽ sociauit atq̃ coniunxit, effecitq̃ ut idem deus ipse qui esset æternus, certo tpe cum homine de Virginis utero nasceretur, deus simul & homo, fieretq̃ principium finis, unde finis uniuersi principium rerũ oĩm diceretur & esset. Omnes igitur creaturas hanc ipsam quã colimus legationẽ decet maxime uenerari, quando omnes suam perfectionem inde fuerunt consecutæ. Sed p̃ter cæteros Angeli & homines eam maximo studio colere debent, quando p̃ter uniuersi perfectionem, speB cialia & ꝓpria munera, & amplissima quidem per hanc obtinuerunt. Angelorum numerus qui fuerat minutus inde suppetias accepit, homo qui ex toto perierat, reparatus est, & restitutus in integrum, euasit in melius. Nempe qui antea amicus dei per iusticiam originalem fuerat institutus, & se sua culpa eo munere spoliauerat, huius legationis beneficio pro innata iusticia gratiam, pro amicitia adoptionem, & ius filii naturalis est assecutus à deo, quando hoĩs filius, dei filius est factus. Maius adhuc munus audite quæso & cognoscite quemadmodũ plus q̃ maximum honoris gradũ huius Annunciationis, huius legationis fauore, quã colimus assecutus est homo. Deũ genuit à quo fuerat ipse creatus. Fuit hodie certe uirgo Maria mater filii dei effecta, qui deus est uerus. Audi quid illi angelus dicat. Hic, hic inq̃ filio exte nascituri, erit magnus & filius altissimi uocabitur, Non falso, neq̃.n.te decet o Ga

briel ſtudio adulationis eſſe menti.ũ. Vocabitur uere, qa erit ab æterno filiꝰ dei altiſſimi, q humilimę Virginis filius naſcetur in tpe. Ita hõ q in mundi primordio pa.lo erat ſecundũ naturã minoratus ab angelis, hodie ſecundum gratiã deu gene.at, & rex cõſtituitur angelorũ. In domino Ieſu Chriſto q eſt ſplendor glorię & figura ſubſtãtię dei, cui ab initio dixit pater. Filius meus es tu, ego hodie. i. in æternitate q̃ ſemp p̃ſens eſt, hodiéq; non ceſſans genui te. Ex ſacratiſſima uero Virgine huius Annunciationis quã colimus beneficio genitus eſt hodie poſt elapſos annos quinq; millẽ centũ ac nonaginta nouem a mundi creatione iuxta Bedæ ſupputationẽ. Verangq; igitur geniturã in hac Annunciatione celebrandã rex & ꝓpheta decantans in cythara nõ immerito dixit. Thronus tuus deus in ſæculũ ſæculi, ſecundũ æternã generationem ſecundũ tpaneam uero, uirga æqtatis uirga regni tui. De radice nempe Ieſſę uirga æqtatis ac totius rectitudinis egreſſa eſt, de qua flos Chriſtus aſcendit, & fuit iuſticia cingulũ lumborũ eius, fideſq; cinctoriũ renũ eius q pro ſalute totius humani generis crucem quaſi imperii ſedem ſuper humeꝝ portare nõ recuſauit. Propter q̃d & deus exaltauit illũ, & eo donauit nomine, q̃deſt ſup omne nomẽ. Vt in nomine Ieſu oẽ genu flectatur, cœleſtiũ, terreſtriũ & infernorum, & omnis lingua confiteatur q̃ dominus Ieſus Chriſtus, cuius conceptus hodie initia celebramus, eſt in gloria dei patris. Huius igitur fœliciſſimi primordii, huius complementi, huius legationis hoc loco decorem in primis, Deinceps ordinem attendite quæſo.

C

De Angelis in genere,

D c Onſtat certe legationis decus dignitate nuncii, maieſtate principis illum mittentis, eminentia ac gloria excipientis, & cauſę ſplẽdore, cuius gratia deſtinatur. Sit q̃tumlibet q legator orato.. magnus princeps & glorioſus, ſit immẽſus impio is ad quẽ mittitur, q̃to cauſa dignior fuerit, niſi nuncius induſtria, nobilitate, autoritate q̃q; ꝓpolleat, decori legatiõis tm̃ ſemp erit detractũ, quantũ nuncio defuerit dignitatis, ſit nuncius oĩmi ex parte ſublimis, niſi à magno ſit principe deſtinatus, non erit legatio ſatis glorioſa. Sint ambo ſublimes, ſi ad plebeũ uel mediæ ſortis principẽ legatio dirigatur, non erit adhuc ſatis ſplendida. Sint tres ..ſti pro modulo p̃ſtantiſſimi, opus eſt adhuc cauſam eſſe p̃ſtantẽ, ne ſit ridiculũ tales & tãtos principes, ſe ipſis, ac tam inſigni oratore minus digna tractare. Ita quantũ his quatuor ſeu cuilibet ex his defuerit dignitatis, tm̃ conſtabit legationẽ minus eſſe exiſtimandã. At legatio quã ueneramur, quatuor hæc habet oĩmi ſplẽdore decora, q̃ Euangeli ſta narrante et à nuncii dignitate incipiente perdiſcite, Miſſus eſt Gabriel angelus, oĩmi homine robuſto robuſtior, oĩmi ueloci uelocior, non auro, non gemmis ornatus, ſed immarceſſibili & inſeparabili fœlicitate redimitus, quæ gẽmæ cuilibet nitore eſt longe ſplendidior. Omnẽ ..tẽ ea ſapiẽte homine E ſapientior eſt, callet non ciuilia, non pontificia iura tm̃, non moralẽ philoſophiã, nõ ſermocinalẽ, non naturalẽ, nõ noſtras quas dicimus artes liberales, non theologiã hanc noſtrã, cui ſi fides deſit nihil iam conſtat, ut nos tenet, nouit oĩmia q̃ continet mundus, non aliq̃ creato magiſtro docente, ſed ipſo creatore ſcientias oẽs, illi ab initio tribuẽte, & in ſuę ſapientiæ infallibilis ſpeculo particulariũ ueritates ita mõſtrãte, ut iã de illis dubitare uel incertus eſſe nõ poſſit. Videq̃ ſi hic nũcius bonis naturę uenerãdus, nullo eget cibo, nulla domo, nulla ueſte, nullo uehiculo, ſua mens innixa deo, ſibi hęc omnia p̃stat, ægrotare non põt, fallere neſcit, nullę tẽdiculę, nullę fraudes illũ circũuenire ſufficiunt, talis eſt ſecundũ naturã inſtitutus, & à deo creatore taliter cõfirmatus, ut nullo cõmodo indigeat unq̃, nulla moleſtia illũ uel exminima ꝑte attingere ualeat, maior eſt ergo oĩ hoie, nulla dignitas regia, nulla imperatoria maieſtas, nulla gloria põtificia illi poterit adæquari. Hi, ꝓfecto oẽs hoĩm miniſtri ſunt F egentes hoĩbus, q̃bus cũ impare uidentur, inſeruiũt uere, ambulãt, armãtur, ſudãt, p̃liantes, nuſq̃ quieſcũt in obſequium regni reges, & imperatores, occurrere nanq; hoſtibus ſemp illis eſt ardo, & ſubditos cõſeruare. Quid hoc eſt q̃ſo q̃ hoĩbus inſeruire? Põtifices regũ & populi errata ſatagũt moderari, à uitiorum incitamẽtis, ad uiã uirtutis traducere, & in ea cõſeruare aſſidue ſtudẽt, populis ac principibus ſemp inuigilãt, illorũ gra (ſi recte fungantur officio) noctes ducũt inſomnes, ſudãt plerũq; nõ minus mẽte q̃ corpe, dũ uiã dei in ueritate docẽt. Fac utroſq; principes dico, atq; põtifices à ſubditis deſeri, qualis eorũ erit infœlicitas? Oĩm infœliciſſimũ eſt excidere regno ac gloria. Adde nunc fortunæ picula, q̃ hãc regni gloriã, & põtificiã autoritatẽ ſemp uexãt & cõturbant, ſępe etiã ſubuertũt & in nihilũ redigunt, cũ maxime ſtare uidẽtur. Adhĩce ſubditorũ q̃bus reges & põtifices inſeruiũt ingratitudinẽ, q̃ bonitatẽ & clementiã principũ ſemper derident, ſeueritatẽ ſemp oderunt. Huius nuncii nõ eſt incũbere talibus officiis, angelus. i. dei miniſter & nuncius eſt. Et ꝓfecto (qm̃ ſeruire deo regnare eſt) ſunt ꝓplus q̃ reges, illi ſpiritus fœlicitate pleniſſimi, q in ſublimibus cœli miniſterĩis deo inſeruiũt, ſine labore, ſine tędio non ad principis aliquã cõmoditatẽ, cui nihil põt accedere commodi, ſed ad ipſorũ lætitiã, gaudiũ & indicibilẽ cõmoditatẽ. Tanto igitur dignior ſecũdum naturã eſt nuncius, hodie ad ſacrã Virginẽ miſſus oĩ rege (qm̃ in rege laudãtur uires corpis, & animi dotes) q̃to eſt oĩ hoie robuſtior, agilior, uiuacior, prudentior, ſapientior. Quanto minus falli põt, minus fallere ei opus eſt, q̃to ꝓterea optabilius & dignius eſt deo principi ſummo Opt. Max. ſeruire, q̃ ſtolidę plebis tractare negocia atq; dirigere. Satis apparet nunciũ legationis huius quã hodie colimus, fuiſſe ſupra hoĩs oĩ dignitate redimitũ. Memĩnerimꝰ G nuncii illũ in.. beatos ſpiritus fuiſſe digniſſimũ. Ita conſtabit dignitati nuncii hac in legatione nihil adiici potuiſſe, q̃d inter creaturas ſit numeratũ. Dionyſio Areopagita magiſtro tres conſtat eſſe in angelis hierarchias. i. ordines ſacros, & ſingulas tribus choris ..e cõtentas, cõſtat etiã ſingulos ordines & ordinũ choros ſimul & ſigillatim angelos dici, & tm̃ ſecũdũ choros oẽs ordines eorũ appropriata ſortitos eſſe. Vltimũ uero chorꝫ inferiorẽ ſolius angeli noĩe deſignari. Itaq; eſt angelus iuxta Dionyſium nomẽ generis & naturę cõmunis, dũ oẽs ſubſtãtię ſine corpe conſtentes, intellectu & uolũtate cõſtãtes, chriſtiano noĩe ſunt angeli nuncupatę. Eſt etiã quaſi nomen ſpeciei & naturę particularis, q̃n ſpirituũ beatorũ chorũ, cuius eſt dei decreta erga particula-

res & priuatos homines dirigere & moderari. Idē Dionysius appellauit an
gelos noīm penuria, uel potius humani ingenii tenuitate id faciēte, q̄ tñ excu
sabilis est, ꝓm angeli supiores horū officio q̄tiens deus iubꝫat fungūtur, Ita
q̄ nomen ab ope imposuit ordinibus angelorū, nomē ꝓpriū illi ordini nō de
H dit, cuius opꝰ uidit oībus esse cōmune. Esset hic opēptium hierarchiarū noīa
& ipsarū per choros distributiones adducere, sed qm̄ nos ad alia uocat solen
nitatis ratio, & cum de sancti Michaelis apparitione tractabimus, huic rei lo
cus erit accōmodatior. Persuasum nunc habeamus nouē ordines angelorum
sic esse dispositos, ut quemadmodum hierarchiæ supior natura & gratia præ
stantior est inferiori, ita in qualibet hierarchia chorus superior sit inferiori di
gnitate & muneris ratione præstantior. Adhuc in eodem choro hæc eadem
ratio uigere credenda est. Sicut enim euntibus ad imperfectum. i. magis acce
dentibus ad materiam, semper est maior imperfectio, ita accedentibus magis
ad formam & efficientem ac finientē caussam, maior est ꝓfectionis cumulus.

¶ De angelo Gabriele in specie.

I Angelum qui missus est hodie ad sanctā Virginē de sublimissima hie
rarchia duabus eminente, & sublimiori huius hierarchię choro, sui ue
ro chori spiritū eminentissimū fuisse, nunc si potero uobis rōne mon
strabo. Qui ruinæ humani generis dedit initiū, fuit ꝓcul dubio oīm dęmonū
pessimus, draco ille magnus q̄ ducꝫ aduersus pietatē factū erat paulo ante p̄li
um magnū in cœlo. Nam q ruinę angelorū p̄ id p̄liū caussam dederat, & sui
sibiq; adhęrentiū loco, hoīes sufficiēdos uidebat, conatus est inde totis uiribꝰ
hoīem deturbare, unde ipse fuerat ꝓfligatus. Est certe peculiare inuidię ꝓpo
situm, bono q̄d amiserit neminē uelle potiri, malleq; non esse, q̄ alicuius unq̄
cedere usui. Vt igitur ruinę hoīs instauratio rñderet, cōsentaneū fuit optimū
angelū, opus repationis mulieri ꝓsuadere, nisi crediderimus sanctorū angelo
rum charitatē erga hoīes minus ardere q̄ cōtra nos ardeat dæmonū inuidia,
nisi etiā ꝓsuasum habuerimus excellētissimū oīm angelorū, sui collegii repa
tionem quęsiuisse frigidius, q̄ pessimus dęmonū illā ardentius ꝓhibere cona
tus sit, Quanto p̄terea opus est factu difficilius, tanto copiosiora & grauiora
K testimonia ad eius ꝓsuadendā possibilitatē oportet adhiberi. Huius porro le
gationis opus oēm excedit creaturę uirtutē, estq; creditu longe facilius mun
dum esse creatū, q̄ creatorē mūdi tenuē fieri creaturā. Debuit igitur sublimis
simæ creaturę testimonio astrui. Adiice ꝙ si gratiā examinamus, nulla unquā
gratia maior apparuit, q̄ deū in utero fœminę hoīem fieri, maximę uero gr̄æ
nuncius qs esse p̄t accōmodatior q̄ creatura gratissima gratiā facientis? Nul
la aūt tunc deo erat gratior creatura, q̄ oīm angelorū eminentissimus, quare
illum decuit hanc gratiam nunciare. Et adhuc media tanto extremis oportet
esse uicinˊiora, quanto illa ab inuicem magis distant. Deus & homo extrema
legatione iungenda, maxime distant. Nihil aūt est deo propinquius secundū
naturam optimo angelo qui Christo dómino erat propinquissimus. mox fu
turus secundum gratiam, In nomine nanq; domini IESV omne genu flectē
dum erat. Ipseq; Iesus ascensurus erat in gloriam dei patris, & eius humanita-

ti inter omnes angelos eminentissimus prꝛpinquior esse debebat. Excellen
tissimæ quoq; charitatis opus quis rectius potuit nunciare? quo ministro cō
pleri decuit magis quàm creatura super oēs quæ tunc erant charitate ple
nissima? Supremus tertiæ hierarchiæ angelorum chorus charitate à Diony
sio Areopagita præpollere monstratur, & inter illos excellentissimus, ea alti
us flagrare credendus est. Huius uero legationis effectus à charitate erat, qui
parem habere non potest, ergo eius nuncium decuit esse angelum tertię hie
rarchiæ oībus sui choris spiritibus eminentem. Qui p̄ter hæc pacē cōpor
studeꝫ, & principis iniuriam resarcire, quanto dissidium diutius perdurauit,
& acrius incruduit, partibus magis affectos solent adhibere ministros. Huius
legationis finis est dei gloriam secundum q̄ in creaturis elucere dignoscitur
in cœlo & in terra restituere & resarcire pacem inter deum & homies, inter
angelos item & homines cōponere, cuius rei indicium est manifestum q̄ na
scente domino Iesū Christo sancti angeli cantauerunt. Gloria in excelsis deo,
& in terra ꝓax hominibus bonæ uoluntatis. Quis dei gloriæ studiosior est q̄
seraphin princeps? Quis sanctos angelos? qs hoīes maiori amore prosequtur
q̄ ille angelus qui primus est inter amantes ardentissimę? Huncigitur cōsen
taneum est huic legationi fuisse destinatum. Nuncium etiam in re omniū ma
xime insolita & inaudita decet partibus maxime esse domesticum, ut rei no
uitatem releuet familiaritas mediatoris. Huius annunciationis opus nouum
est & insolitum illud quod fecit dominus super terram. Fœmina nempe in ea
circundedit uirum. Spiritus aūt in eminentissimo choro angelorum supemi
nens deo est familiariter pro nostro intelligendi modulo cōiunctissimus, hic
etiam Virgini Mariæ (q̄d nouerat dei sapientia) futurus erat propinquissi
mus, qm̄ exaltanda erat de ꝓximo sup oēs choros angelorum ad cœlestia
regna, atq; filio suo sic sociꝫanda, ut statim post filium posita in supremo ange
lorum choro eminentissimo illic angelo anteiret, esseteq; illi quasi collega glo
riæ, qui post eam sup omnes creaturas diuino ardebat amore. Quare pro ra
tione ordinis, ut releuatio hoīs ruinæ rñderet, pro studii paritate, ut sicut pes
simus dęmonum suis obsequi studēs obfuit nobis, ita optimus angelorū suis
consulens nobis esset auxilio, pro difficultate negocii, ut quanto opus minus
credibile, magisq; impossibile uidebatur, nuncii autoritate fieri posse consta
ret, pro gratię magnitudine, ut maximā gratiam gratissimi ministerio nuncii,
non tantum genus humanum, sed orbis terrarū uniuersus assequeretur. pro
extremorum distantia, ut maxime inter se distantia medio illis maxime pro
pinquo adducerentur in unū, pro charitatis in operatione eminentia, ut sum
mum charitatis effectum charissima deo creatura nunciaret, pro finis inten
tione, ut opus annunciaret nuncius, qui eius fructum ardētissime expectaret,
pro rei nouitate, ut rem insolitam penitus maxime familiaris utriq; parti apti
us pertractaret. Consentaneum uidetur angelum hūc, qui ad Virginem mis
sus est omnium qui in cœlo sunt beatorum spirituum esse glorioſissimum. M
Hoc & ipsa nominis ratio manifestat. Sonat enim Gabriel (ut Sanctus Hie
ronymus interpretatur) uirtus mea deus, uel fortitudo dei, seu confortauit

me deus,aut confortatio mea deus,q̃rũ primum tertium & quartum,quãuis
ſono uocis differant,re tñ conueniunt, q̃m uirtutis eſt confortare,& confor-
tationem amplissimam afferre uirtutem,uirtuosus experitur indies. Quis ſi-
bi quæſo rectius poteſt dicere deum afferre uirtutem? quis ſe à deo uerius
asſerat confortatum? quis dicat efficacius deum eſſe confortationem ſuam?
q̃ ſpiritus ille ſeraphicus,inter quem & deum nullus eſt mediator? Certe hie
rarchicus ordo inter intelligentias maxime inde cõſtare dignoſcitur,q̃ infe-
riores dei munera per ſuperiores recipiunt,& quo eſt angelus ſupior,tanto
minus ab angelis,plus à deo illũ conſtat accipe. Angelus igitur oĩm eminen
tiſſimus,ab aliis angelis nihil aſſequitur,deo illi p̃ſtante oĩa,quare deũ dicere ue
riſſime poteſt uirtutẽ eſſe & confortationem ſuam, & per antonomaſiam ſe
p̃dicare à deo p oĩbus ſuis participalibus confortatũ.Quod uero ſecunda in-
N terp̃tatione dicit Hieronymus Gabriel reſonare fortitudo dei,ſi recte intelli
gatur,nõ ſic accipi põt,ut deus per illum fortior euadat,q̃m nullo extrinſeco
fit deus melior.Dicitur ergo fortitudo dei,non quaſi forma qua deus ſit for-
tis,ſed quia dei fortitudo maxime demonſtratur,ſicut elegãtiſſimum opus ar
tificis perfectiſſimi,artis dicitur & artificis uirtus,quia utriuſq; uirtutẽ oſten
dit,non efficit,manifeſtat,non cauſat,ſed ab ipſo artifice effectũ eſt,& artis ra
tione cauſatur.Porro cum apud ueteres fortitudo generalis eſſet norma uir-
tutum,ut qui fortis habitus eſſet,cẽs uirtutes complexus eſſe uideretur, non
immerito Gabriel dicitur fortitudo dei,quando dei beneficentiſſima, uirtus
in illo maxime & puriſſime ſine alterius creaturæ adminiculo cumulatiſſime
declaratur.Itaq; ſi nuncio qui hanc ad legationem quam colimus exequendã
miſſus eſt,ſui nominis ratio plene conſtat,illum omnium angelorum
fuiſſe excellentiſſimum,cum illi perfectiſſime ſit deus uirtus & cõfortatio, &
per excellentiam ſit confortatus à deo,ſitq; ipſe fortitudo dei,in quo.ſ.dei for
titudo & uirtus uniuerſa maxime demõſtratur.Hic igitur ſpiritus qui dei eſt
ſumma (ut diximus) uirtus & confortatio,qui eſt dei fortitudo, confortatus
à deo,in quo diuinæ fortitudinis uigor ſine intermedio ampliſſime ſplendet,
huius legationis nuncius & orator eſſe debuit,quæ ad uniuerſi uirtutem per
ficiendam, ad angelorum & hominum confortationem & fortitudinem in-
ſtaurandam deſtinata eſt. Et de nuncii dignitate dixerimus hactenus, qui in-
greſſus ad Virginem dixit.Aue gratia plena &c.

¶ De Deo.

O Ius qui hunc excellentiſſimũ nunciũ deſtinauit,gloriam ſi poſſumus
e iã inſpiciam⁹.Miſſus eſt angelus Gabriel à deo,A reges? Minime,ſed
ab eo q̃ terribilis eſt apud reges terre,regib⁹ p̃ſidẽte,cui nõ tm̃ hoĩes,
ſed etiã angeli ſeruiũt.A Pontifice Maxĩo? adhuc minus,hic ſacerdos corru
ptibilis eſt,circundatus infirmitate,qui quemadmodum pro populo,ita pro
ſe ipſo offerat dona & ſacrificia pro peccatis, qui licet imperatoribus bene-
dicat,id agit ut Vicarius, non ut primus. Præſidet Papa in eccleſia militanti
ut Vicarius,deus eſt cuius gerit uices, qui eccleſiam militantem quandoque
fluctuare permittit,triumphantẽ ſine turbine,ſine fluctu,ſine metu,ſine anguſtia,

ſumma

ſumma cũ tranquillitate,et bonorũ oĩm affluentia moderatur,falli põt,falli-
turq; ſæpe papa.Deus neq; fallit,neq; fruſtrari uiſus eſt unq̃.Si regũ legatio-
nes p regnorum multitudine celebres ſunt,ſi imperatorũ legationes p autoritatis
maieſtate regiis p̃feruntur,ſi papæ legatiões oĩm p̃ſtantiſſimæ p ſanctitatis
opinione,proq; fauore religiõis.Deus regnat p uniuerſum terrarũ orbem,
eius imperio ſubiecta ſunt ſubterranea,terreſtria,atq; cœleſtia,ſanctus eſt ſan
ctorum, & totius religionis permanens,& nunq̃ defecturus princeps,quare ſi
mittentẽ inſpicias,eius legationẽ oĩm uidebis excellẽtiſſimã.Vis adhuc ſcire p
q̃us ſit deus? cogita quid ſit,Deus eſt ex noĩs ſignificatione actu ſemp ope-
rans,ignis ue comburẽs.Hinc dominus Ieſus Chriſtus dixit,Ignem ueni mit
tere in terram,& quid uolo niſi ut ardeat? Quod uero ſe facturum dixerat,
manifeſtiſſime compleuit,quando diſcipulis omnibus congregatis in unum
apparuerunt paulo poſt Aſcenſionem diſpartitæ linguæ tanq̃ ignis,ſeditq;
ſupra ſingulos eorum,& repleti ſunt Spiritu ſancto.Sed redeamus unde diſ-
ceſſimus, Deus & actu operãs idem ſonant,ſed quid opatur? Bonum .Bona
.n.arbor non põt malos fructus facere neq; à bona cauſſa malus unq̃ ſurgit
effectus.Optimi certe eſt optima adducere,optimorũ uero omniũ eſt deus
condimentũ,quare opationes & opa dei optima eſſe negare non poſſumus.
Hinc eſt q̃ Moyſes deo plenus dixit. Vidit deus cuncta q̃ fecerat,& erãt ual
de bona,Si queris quãdo opatur? Reſpõdeo,Semp.Non opatur hodie aut
cras q̃a nõ habet cras neq; heri,cui ſemp eſt hodie,ſemp nunc.Deus igitur q̃
eſt ſupra tẽpus,& ſine tpe, q̃ eſt ante ſæcula, q̃ æternus eſt.Si q̃d,immo q̃q̃d
operatur,nunq̃ deſinit opari,& licet opata ptranſeant,licet creaturæ uarien
tur,deus tamen inuariabilis eſt,ſicut apte monſtrabimus in ſermone Pente-
coſtes de Spiritus Sancti miſſione tractantes.Non quieſcit deus,q̃a fatigari
non põt.Labor.n.naſcitur uel à debilitate uirtutis, uel à reſiſtentia rei circa
quã opando uerſatur.Dei uirtus eſt robuſtiſſima,immẽſiq; uigoris,illi reſ
ſtere non ſufficit aliqua creatura,immo neq; omnes ſimul. Deus nõ dormit,
quia ſenſu caret cõporeo,cuius eſt ſoporem excipere.Homo diuertitur ab
opere,ut cibum ſumat,per ſe ipſum durat deus,utpote cui nihil decidere po
teſt,nihil per cibationem addi neceſſe eſt,ab uno opere per aliud & propter
aliud nõ diſtrahitur, non detinetur,q̃ minus opera una, unoq; operandi cõ-
textu ſimul operetur uniuerſa,quoniam uirtus eius infinita finiri aliquo fini
to opere non poteſt.Iſta eſt igitur plena dei nominis ratio,actu uno perfectiſ
ſimo,infinitoq; ſemper operans,nunq̃ ceſſans,operans autem bonum immo
optimum, ubiq; gentium,ubiq; terrarum,& in omnibus rebus.

De operatione Dei.

Ed quõ uerum erit q̃d dicit Moyſes? Requieuit deus die ſeptimo,ſi Q
s ſemper opatur? Quomodo etiam uerũ erit q̃d ueritas dicit,Pater
meus uſq; modo opatur & ego opor.Non.n.uſq; modo operari quẽ-
piam dixeris,q̃ nunq̃ ceſſat ab opere.Quando dicit Moyſes,Cõpleuitq; deꝰ
die ſeptimo opus ſuum,non debet intelligi hoc ſeptimo die aliquid creatu-
rarum perfectionem complens deũ addidiſſe creatis.Oĩa.n.ſex diebus ad

perfectū adducta fuisse,eodē Moyse paulo ante scribēte docemur. Cōplere
ergo deū die septimo opus suū,est illum creaturis die septimo nihil adiicere
amplius,ut Moyses ipse declarat,ut liqueat qualis à se fit pfectio,die septimo
de rebus pdicata creatis,qualis etiā reqes creatoris ea die fuerit,ne sit in am
biguo,ab uniuerso opere q̄d patrarat tandē illū requeisse commemorat. Si
igitur cessare à patrato opere est reqes patratoris.Si hæc requies est res pa-
tratas esse pfectas,satis constat rerum pfectionem quā scribit Moyses,die se
ptimo factā,non esse aliud q̄ rebus creatis nihil amplius ea die uel in posterū
R superadduci,Cum aūt ad oēs creaturas efficiendas & conseruandas sit una
operatio,ac ita una,q̄ plures esse oīno non possint (ut ostendemus tempo-
raneam spiritus sancti missionē in sermone Pentecostes declarādo) eadem
operatione illū conseruare qua pduxit necesse est.Non cessat aūt cōseruare
ergo opari non cessat.Cessat tamen opatio sup̄ aliq̄d transire in q̄ prius uer
sata est. Veluti ignis feruere faciens aquā,& in feruore conseruans ubi iam
feruere inceperit. Quiescit,i.cessat calorē immittere.Qm̄ illā ampliorē cape
non sufficit.Non desinit aūt idem ignis calidā feruentēq̄ aquā prestare con
tinue & tamen una actio est,quę calorē inducit,& conseruat inductū.Sic &
paleam aquę feruenti immersam calefacit ignis, non noua opera sed iā per-
acta,dum per feruorē quem aquę supinduxit,paleam calefacit,Ita per oīa de
us requieuit,i.destitit die septimo nouam pfectionē creaturis inducere,quia
tm̄ dederat die sexta,quantū illæ capere poterant.Non requieuit tribuitam
conseruare,quia sicut aqua ab igne remota mox deseruet, breuiq̄ calorem
amittit,& redit ad pristinā sociā sibi frigiditatē,ita si à dei conseruatione di-
moueatur creatura,mox feruorē & calorem,i.oēm pfectionē amittit,& in ni
hilum uel in confusam materiā de qua sumpta est uertitur,Si quis itē in spe-
culo aspiciat continue,& interim in eo nouæ p̄sententur imagines, priores
abscedant,desinet uidere priores quę abierūt,nouas quæ superinductę sunt
uidere incipiet,rursus priores uidebit mutatas,si illæ remanentes uarientur,
neq̄ alium siue nouum actū uidendi suscipiet,Ita opatio diuina non transit,
non cessat,aut incipit, Transeunt aūt creata oīa,cessant & incipiunt,quę eius
essentiæ & operationi p̄sentantur & comparātur sub ea fluxus ratione qua
imagines lucent in speculo,q̄d mutatis imaginibus non mutatur,Requeuit er
go deus ab opere die septimo,quando eius opatio super nouas rerū species
non transiuit ut fierent. Permānsit in opere,quando creaturas conseruare nō
desiit,quādo per species iam creatas illas uariauit,uariatq̄ quotidie, eadem
penitus opatione qua cuncta creauit,Hoc eodem sensu opus est intelligi,q̄d
dixit dominus Iesus Christus.Pater meus operatur usq̄ modo & ego opor.
Non sic enim dicit ut postmodū non operetur.Qm̄ per incarnati uerbi my
sterium cognabantur ambo cum sancto .i.humani generis redemptionē q̄diu
uerbum erat inter hoīes homo passibilis.Deinde iam factę redemptionis cō
seruationem opari non cessant, q̄uis uera non redimant.Deus ergo sic reqe
scit ab opere,ut semp̄ sit in opere,sic opatur usq̄ modo,ut postea nunq̄ desi
nat operari.Nunc qm̄ principis excellentissimi est,ante oīa se p̄stare benefi-
cium, hæc

eium,hæc porro beneficentia opere maxime constat. Deus qui in omnibus
bona omnia semper operatur (sicut nomen eius importat) uere princeps S
omniū. excellentissimus est.Huius excellentiam alia quoque ipsius nominis
significatio manifestat,ignis nanque consumens deus sonare uidetur,attestati
onibus Moyse legis latore sapientissimo,atque Paulo legis emulatore & euā-
gelii precone celeberrimo,Cessat ab opere terra multotiens,quæ semper tor
pet,nisi hominum cœli ue beneficio aliquid operari cogatur,ubi eam posue-
ris,illic penitus inuenies immotam,Aqua quæ terra mobilior licet sit,tamen et
ipsa concluditur & ociatur,& marcescit sæpe,nisi motus beneficio conseruē-
tur.Aer facile mobilis est,non sine difficultate clauditur, clausus uero marce-
scere usque ad pestilentiam inferendam compertus est.Ignis nulla ratione qe
scere potest,non marcescere,non cessare ab opere,aut enim calefacit,aut illu-
minat,aut ardet,aut consumit,aut simul hæc omnia facit,concludi non potest
diu,& certe illum facilius extingues quam diu includas,quanto enim magis te
gitur,tanto magis æstuat.Hic si sub cinere uel alia materia clausus extinguitur
non sua natura,sed imbecillitate materiæ,cui fuerit sociatus id patitur. Huius
rei argumentum est q̄ in aliqua materia diutius,in aliqua breuius durat,cum
enim utrobique sit par ignis substantia non est cur illa utrobique pari modo
non duret,nisi q̄ materię non sunt pares.Quare si igni materiam dederis,quę T
illum perpetuo ferre sufficiat,nunquam extinctum,nunquam ociosum inueni
es.Hinc ego existimo ignem inferni extingui non posse,& cruciare perpetuo
quoniam materia in qua ardet semper durat. Sed quorsum hæc? Ne deum
ignem hunc immersum materiæ crederemus, qui materiæ defectu consumi-
tur.Vbi igitur dictum est deum esse ignē merito adiecit Moyses,adiecit Pau-
lus Apostolus consumentem,consumit quidem omnia,se ipso penitus immu
tato.Certe sicut nulla res est, quę se ipsam gignat ut sit,ita nulla potest esse quę
se ipsam consumat omnino.Deus ergo qui ignis consumens per antonoma-
siam dicitur,a nullo consumitur,non enim consumitur ab eo quod ipse consu
mit,neque ipse se consumit, quia inconsumptibilis est, semper idem perma-
nens,& omnino se habens ut prius,perpetua æternitate penitus immutabilis.
Cum ergo deus sit actu semper, omnia in omnibus bona & bene operans,sic
in illis operatur,ut nullum entium aliquid operetur in illo.Consumit ergo oīa
mutat & uersat,a nullo ullatenus commutatus,sic intelligēdo deum esse actu
operantem ignemq̄ consumentem apparebit ex parte q̄ magnus sit deus,qui
Gabrielem angelum mittit.

¶ De magnitudine dei.

Is scire melius quantus sit iste deus? Est quo maius cogitari non
v potest, Quis est quæso qui omnia cogitare sufficiat? Numera V
maris naturam, pluuiæ guttas, terræ uoluerem, herbarum folia,
radicum pondera, arborum frondes, ramorum figuras,sint hæc
minima scitu non digna. Numera terrestrium animalium effigies & membro
rum uarietates,numera piscium diuersitates,iūcturas & squamas, numera auiū
formas,plumas & pēnas.Sint hæc minus digna,& ad q̄ intellectus hoīs nolit

intẽdere, numera ſtellas cœli ſuorumq; motuũ rationes & pondera, numera hominum effigies, mores & cogitatus, numera ſi potes capillos, uillos minutiſ as compagum corporis tui, certe non potes. Actu opans deus, igniſq; cõburẽs & conſumens, mĩa numerat hæc, maior eſt etiam omnibus iſtis. Quid ita? Quia oĩm efficiens cauſa, & cuius gratia fiunt oĩa, maior eſt effectu q̃cunq; ſemp & melior. Actu opans, oĩa hæc conſumens ut libet ac uerſans, illis eſt cauſa eſſendi, creſcendi, ſtandi, decreſcendi & deficiendi. Maior ergo eſt q̃ quis hominũ cogitatione aſſequi poſſit, immo uero q̃ quilibet angelus cogitare ſufficiat, neq; Gabriel ipſe, qui a deo miſſus eſt hodie, cogitare põt ad integrũ magnitudinẽ dei. Qm̃ & ipſe finitus, tãtas uarietates rerũ quas attulimus numerare & certa rõne ſimul aſſequi non põt. Si uis exploratũ habere q̃tus & qualis ſit q̃ hodie Gabrielẽ ad Virginẽ miſit, cogita q̃tũlibet magnũ q̃tumlibet bonũ potes, & dic deum melius eſſe illo, nõ duplũ aut quadruplũ, ſed in infinitum. Vt primũ uero modũ aliquem ſtatueris, certus eſto, id longe minus eſſe q̃ deus. Eſt.n. deus ita magnus q; eo maius non ſolum cogitari, ſed imaginari q̃dem non põt, oĩ autẽ cogitato ab hoĩe uel ab angelo idem ipſe qui cogitauit maius ſufficit cogitare, Duplum.n. ac triplũ & per numeros quoſlibet auctũ, cogitatæ a ſe põt (ut expimur) noſtrum quiſq; cogitare. Quare ſi deo maius cogitari non põt, deũ nulla creatura poterit cogitare, q; ſi forte rõne te aliqua aut modo exiſtimas, deus quõ ſit, quid ſit, q̃tus, qualis ue ſit agnouiſſe, falleris certe. Et ne ego te deceperim fateor plane & affirmo nihil me dixiſſe, neq; ab aliq̃ poſſe dici, q̃d ſit deus, uel q̃d dei magnitudinẽ aut bonitatem attingere poſſit. Ab illo plus diſtant omnia, q̃ eius declarãdæ immenſitatis gratia attuli, q̃ oẽs ſimul cogitare poſſimus. Fateor palã me plene deũ non cognoſcere & cognoſcere non poſſe certiſſime ſcio, & hoc unum habeo perſuaſum, intelligere non poſſe q̃d ſit deus. X Quo quæſo modo ſcintilla tenuiſſima totius ignis ardorem in ſe poterit concludere? Certe quicquid mens capit, finem habet, & quicquid ego intelligo, hoc ego finio, atq; mentis meæ ambitu concludo. Deum aũt q; infinitus eſt, cuius magnitudo & uigor a nobis plus diſtat, quã totus ignis qui in mundo eſt a uagante fauilla, quõ mente noſtra (quę lucis totius ſcintilla uix eſt) capere poterimus? Si caligant ad lumen ſolis huius corporei oculi corporis. Quõ mẽtis oculi durare poterũt ad ignẽ illũ intellectualẽq; fulgorẽ, cui eſt cũcta pficere atq; cõſumere? Perſuaſũ igiť hẽamus eũ q; hodie angelũ Gabrielẽ miſit ad uirginẽ oĩm q̃ excellentiã aliquã habent eſſe pſtantiſſimum, quia maius eo intelligi non poteſt, immo magnum eſt quod intelligi iam non poteſt.

¶ De amplitudine dei.

Aec agnouit ille qui dixit, Deus eſt ſphæra intellectualis cuius cẽtrum h ubiq; eſt, & circũferentia nuſq;. Sphæra ſolidiſſima figura eſt, ſibiq; ſimilima ſine angulis conſtans, cuius principium medium, aut finem aſ Y ſignare nullius, quoniam uniformis ubique eſt, & partium multitudine a ſe omnino non diſcrepat. Deum igitur (ſi cui rei aſſimilari poteſt) maxime ſphętam id eſt ad ſphæræ ſimilitudinem eſſe dicemus. Eſt enim ſolidiſſimus, qui ſtabilis in ſe manens dat cũcta moueri, ſibiq; ſimilimus ſemper, ſemp æqualis, q̃m infi

¶ Capita Primi Libri.

De Annunciatione Virginis prologus cap.i.car.iii
De angelis in genere cap.ii.car.eadem.
De angelo Gabriele in ſpecie cap.iii.car.iiii.
De Deo cap.iiii.car.v.
De operatione dei cap.v.car.vi.
De magnitudine dei cap.vi.car.vii
De dei amplitudine cap.vii.car.eadem
De myſterio nominis Galilææ cap.viii.car.viii.
De Sanctæ Marię excellentia cap.ix.car.ix
De uirginitate an ſit uirtus cap.x.car.x.
De uirginitatis excellentia cap.xi.car.xi.
De incarnationis tempore cap.xii.car.xii.
De coniugi Mariæ excellentia cap.xiii.car.eadem
De myſterio nominis Ioſeph cap.xiiii.car.eadem
De ueracitate Mariæ & Ioſeph cap.xv.car.xiii.
De myſterio nominis Dauid cap.xvi.car.eadem
De dignitate nominis Maria cap.xvii.car.eadem
De apparitione angelorum, & in ſpecie quomodo apparuerit angelus Gabriel Virgini Mariæ cap.xviii.car.xiiii.
De veſtitu & ornatu angeli Gabrielis cap.xix.car.xv.
De legatorum partibus, & legationis audientium & de dignitate ſalutationis angelicæ. cap.xx.car.xvi.
De gratiis ſanctæ Virginis cap.xxi.car.eadem
De benedictione quid ſit cap.xxii.car.eadem
De Mariæ turbatione cap.xxiii.car.eadem
De ordine orationis Gabrielis ad Virginem cap.xxiiii.car.xvii.
De uero regno Chriſti, & eius excellentia cap.xxv.car.xviii.
De reſponſione Virginis angelo data cap.xxvi.car.xix
De declaratione narrationis ſuæ per Gabrielem cap.xxvii.car.eadem
De obumbratione uirginis Mariæ a ſpiritu ſancto cap.xxviii. car.xx.
De concluſione confirmationis factæ per angelum cap.xxix.car.eadem
De probatione concluſionis cap.xxx.car.xxi.
De probatione eiuſdem concluſionis cap.xxxi.car.eadem
De Mariæ uirginis reſponſione cap.xxxii.car.xxii.

¶ Capita Secundi Libri

De natiuitate domini prologus cap.i.car.xxii
De officio Ioannis Euangeliſtæ cap.ii.car.xxiii.
De teſtimonio utriuſq; Ioannis cap.iii.car.eadem
De conuenientia & differentia nominis principio in exordio Geneſis & Ioannis euangelio cap.iiii.car.xxiiii.
De Moyſi & Ioannis exordio cap.v.car.eadem
De natura uerbi in genere & in ſpecie cap.vi.car.xxv.

De uerbo hominis cap.vii.car.xxv
De uerbo Angelorum cap.viii.car.xxvii
Spēs ītelligibiū finita quō infinitū possit ostendere cap.ix.car.xxviii
De uerbo secundo Angelorum cap.x.car.eadem
De uerbo Angelorū pfectissimo,& de uerbo dñi Iesu cap.xi.car.eadem
De uerbo dei qd nō sit,& qd de illo cape possimus cap.xii.car.xxix
Verbum dei uere generari essep filium dei cap.xiii.car.eadem
De differentibus modis essendi uerbi dei cap.xiiii.car.eadem
De numero & ordine dictionum a loāne in quatuor primis propositionibus
sui euangelii positarum cap.xv.car.xxx
De trinitatis omnipotentia cap.xvi.car.xxxi
Ratio idæarū unde constat sine deo nihil posse fieri cap.xvii.car.eadem
Quod gra dei oib9 creaturis ē necessaria,sed maxie rōnalib9 ca.xviii.car.xxxii
Dei bñficentiā bruta nō excludere,nec uita carere cap.xix.car.eadem
Gratiam gratū facientē omnibus hoibus a deo tribui cap.xx.car.xxxiii
De officio utriusq; loannis cap.xxi.car.eadem
De pura & prima luce cap.xxii.car.eadem
Dei uerbū q deus est mundo sub lunari quō continetur cap.xxiii.car.eadem
Gratiā dei bonis & malis īmissam nō eq̄liter in illis opari cap.xxiiii.car.xxxiiii
Saluatorem qui receperunt & quō receperunt cap.xxv.car.eadem
De spirituali hominum regeneratione cap.xxvi.car.xxxv
De formatione Iesu in utero uirginis cap.xxvii.car.eadem
Solutio difficultatū Iesu cōceptiōi & natiuitati obstātiū cap.xxviii.car.eadem
Declaratio p exēplū quō uerbū caro factum sit cap.xxix.car.xxxvi
Ad qd uerbū caro factū sit,ut habitator in domo cap.xxx.car.eadem
De unigeniti dei & uirginis gloria natiuitatis cap.xxxi.car.xxxvii
De ratione uirginitatis conseruatæ in Mariæ conceptu & sospitate in
parturiendo cap.xxxii.car.eadem
De fœlicitate & gloria Mariæ in partu cap.xxxiii.car.xxxviii
A quo sit natiuitatis Iesu gloria cap.xxxiiii.car.xxxix

¶ Capita Tertii Libri

De Circuncisione domini prologus cap.i.car.xl
Circuncidi cur uoluerit Iesus cap.ii.car.xli
Expositio epistolę Pauli q̄ legitur in die circuncisionis cap.iii.car.xlii
Circumcisionem animæ publice & intrepide assumendam retinendam
uero secrete cap.iiii.car.eadem
Circumcisio secundum carnem quare sit abolita cap.v.car.xliii
Circumcisionem secundum carnem non esse legis Mosaicæ statutam &
tempus eius cap.vi.car.xliiii
Circumcisio cur septem peractis diebus fieret cap.vii.car.eadem
Iesus cur in circuncisione dictus sit filius Virginis cap.viii.car.eadem

¶ Capita Quarti Libri

De Epiphania prologus cap.i.car.xlvi

Quis debeat adorari cap.ii.car.xlvii
De ratione & natura stellę a magis uisę,& astrologorū uanitate. cap.iii.c.xlvii
Stellas non efficere,neq; ostendere posse q̄ astrologi putant c.p.iiii.car.xlviii
Adorationi quæ præmittere oporteat cap.v.car.xlix
Natiuitatis Iesus locum magna ratione fecit deus discere magos ab
Herode & proceribus iudęorum cap.vi.car.l
Expositio lectionis Surge illumināre,& eius concordia cum euangelio,con-
cludens responsionem ad quæsitum cap.vii.car.l.
De incōsulta Herodis & iudęor turbatiōe,expositio euāgelii cap.viii.car.li
De Herodis sibiq; similium perfidia,& pœna cap.ix.car.li
De nimia Herodis superbia,& stulta astutia respōdēdo Magis cap.x.car.lii
De imitandis Magis egressis patriam,& abeuntibus ab Herode,ut adorent
saluatorem natum cap.xi.car.liii
De lumine fidei,& spūs hilaritate,mōq; & loco uerę adoratiōis cap.xii.car.liii
De præsidio sanctorum in adoratione quærendo cap.xiii.car.liii
De præmittendis adorationi sumatim collectis ex euangelii & pro-
phetiæ declaratione cap.xiiii.car.liiii
De Magorum prostratione dum adorant cap.xv.car.liiii
De ratione adorandi a Dauid in psalmis tradita cap.xvi.car.lv
De thesauris aperiendis corā adorato dño Iesu Christo cap.xvii.car.lv
De elemosyna ultro offerenda cap.xviii.car.lvi
Oblationi Magorum oratio accommodata cap.xix.car.lvi
Magorū adorationi accōmodatæ,accōmodata Virginis respōsio. ca.xx.ca.lvii
Alia Magorū oratio parē saltē thesaurorę suorę acceptari petētiū.ca.xxi.c.lvii
Quale aurū,thus,myrrhā ue offerre adorādo conueniat cap.xxii.car.lvii

¶ Capita Quinti Libri

De purificatione prologus cap.i.car.lix
De diffinitione purificationis & præsentationis cap.ii.car.eadem
Declaratio cerimoniarū in purificatiōe a lege statutarū cap.iii.car.lx
De ratione triginta trium dierum purgationi minori pro partu masculo
assignatorum cap.iiii.car.lxi
De ratione munerum oblatorum purgationis lege cap.v.car.lxii
De lege purgationis in spiritu seruanda cap.vi.car.eadem
Declaratio euangelii q̄tū ad historiā purgatiōis attinet cap.vii.car.eadem
De pñtatiōe Iesu declaratio euāgelii simul & legis cap.viii.car.lxiii
De mysterio qnq; siclorū qb9 masculi redimebāt primogeniti cap.ix.car.lxiii
De commendatione & attestatione purificationis & præsen-
tationis. cap.x.car.lxiiii
De ratione Spiritus sancti,quem euangelista scribit fuisse
in Symeone. cap.xi.car.lxv
Spiritus sanctus quō fuerit in Symeone cap.xii.car.eadem
De ratione attestandi a Symeone suscepta cap.xiii.car.eadem
De uera pñtatione Ioseph erga dñm Iesum Christum cap.xiiii.car.eadem

De Symeonis deuotione & pietate cap.xv.car.lxvi
Cantici Symeonis expositio,& primus attestationis & commendationis articulus cap.xvi.car.lxvii
Attestationis & cõmẽdationis secũdus articulus cap.xvii.car.lxviii
Dñm Iesum esse omnium hominum redemptorem cap.xviii.car.eadem
Dominum Iesum Christum esse omnium hominum auctorem fœlicitatis & fontem cap.xix.car.lxix
De sufficientia & efficacia meritorum dñi Iesu Christi cap.xx.car.eadem
Solutio difficultatis q̃ uidet esse in dictis Symeonis cap.xxi.car.eadem

¶ Capita Sexti Libri.

De accessu saluatoris ad patiendum prologus cap.i.car.lxx
Quę iucũdatoria dici possunt,aut ignorãter fieri aut uiolẽter cap.ii.car.eadem
Dominum Iesum ex operibus ostendisse se non ignorauisse ad quid accederet palmarum die cap.iii.car.lxxi
Dominum Iesum Christum non coactum accessisse Ierusalem instante passionis tempore. cap.iiii.car.eadem
De imitãda dñi Iesu humilitate Pauli testimonio & doctrina ca.vi.car.lxxii.
De gloria accessus Iesu in Ierusalem palmarum die cap.vii.car.lxxiii
De plausu turbarum Christum comitantium incedentem Ierusalem ad patiendum cap.viii.car.eadem
De dignitate nominis Iesu cap.ix.car.lxxiiii
De tempore uniuersalis glorificationis Iesu cap.x.car.lxxv

¶ Capita Septimi Libri

De passione Christi prologus cap.i.car.lxxv
Necessitas passionis Christi qualis fuerit cap.ii.car.lxxvi
Pœnarũ tãtas acerbitates qua rõne pro nobis susceperit dñs nr̃ cap.iii.lxxvii
De ueritate passionis Christi cap.iiii.car.eadem
De prĩo dolore Christi ante passionẽ uero,licet imaginario cap.v.car.lxxviii
De ratione sudoris domini Iesu,dum in agonia positus oraret in horto cap.vi.car.eadem
De dolore Iesu in passione iam positi cap.vii.car.lxxix
De tristitia & causis eius in genere cap.viii.car.eadem
De domini Iesu Christi tristitia a cœna ultima usq; ad finem orationis in horto cap.ix.car.lxxx
Soluunt̃ difficultates q̃ christũ pati noluisse cõfirmare uident̃ cap.x.car.lxxxi
De dolore sanctæ matris domini instante passionis tempore ab imaginatione nascente. cap.xi.car.lxxxii
De ratione doloris matris domini in cœna legali,& in ultima filii sui. cap.xii.car.eadem
De ratione dolorum matris dñi in cruce pendentis cap.xiii.car.lxxxiii
Sanctam domini matrem in suo dolore,uel tristitia non esse lamentatam cap.xiiii.car.eadem
De qualitate doloris & tristitiæ sanctæ Mariæ imminente passione filii, & dum esset in cruce. cap.xv.car.lxxxiiii

Distributio passionis dñi nostri Iesu Christi cap.xvi.car.lxxxv
Apparatus siue antecedẽtiũ Christi passionẽ distributio cap.xvii.car.eadem
Narratio admonitionis ex euangelio cap.xviii.car.eadem
Declaratio narrationis prædictæ cap.xix.car.eadem
De uirtute & ratione baptismi & contritionis,eorumq; contubernio cap.xx.car.lxxxvi
De admonitionis domini Iesu utilitate in humilitate fundata, & ipsius humilitatis præstantia cap.xxi.car.lxxxvii
De humilitatis exemplo p dñm Iesum tradito cap.xxii.car.eadem
De figura & prophetia baptisma præstagiente,& de imitando humilitatis exemplo a domino dato cap.xxiii.car.eadem
Admonitio facta a domino Iesu de studio humilitatis amplectendo cap.xxiiii.lxxxviii
Admonitionis factæ ratio & utilitas cap.xxv.car.eadem
De cœnantibus cum domino Iesu ultimam cœnam,& munus ab eo accipientibus cap.xxvi.car.lxxxix
Declaratio narrationis prædictę cap.xxvii.car.eadem
De sermone domini munus antecedente cap.xxviii.car.xc
De uino in potum dato discipulis ante muneris exhibitionem cap.xxix.car.eadem
An dominus Iesus suæ matris lauerit pedes,sicut apostolorum pedes in ultima cœna cap.xxx.car.eadem
De gratiis duabus actis a domino Iesu,dum fregit panem quem in se conuertit cap.xxxi.car.xci
Siue creatus sit mundus,siue æternus,a prima tñ causa primam materiam sine ad miniculo uersari fatendum est cap.xxxii.car.eadem
Tres aliæ gratiæ quas fecit dominus Iesus frangendo panem,& in se conuertendo cap.xxxiii.car.eadem
Alia gratia a Christo facta,dũ panẽ consecrauit & uinũ cap.xxxiiii.car.xcii
Confirmatio & declaratio eorũ q̃ proxime dicta sunt cap.xxxv.xciii
De pñtia corporis Christi in sacramento altaris cap.xxxvi.car.xciiii
De ratione accipiendi eucharistiæ sacramentum cap.xxxvii.car.xcv
De multimoda ratione accipiendi eucharistiam cap.xxxviii.car.eadem
Declarantur superadicta,& concluditur eucharistiæ excellentia super omnia sacramenta cap.xxxix.car.xcvi
De excellentia eucharistiæ secundum suas causas & modum essendi,Et primo secundum efficientem causam cap.xl.car.xcvii
De excellentia eucharistiæ secundum quatuor genera causarum cap.xli.car.eadem
Præfatio ad lectores de ratione scribendi domini testamentum excusatoria. cap.xlii.car.xcviii
De mentis constantia domini saluatoris in exordio testamenti sui. cap.xliii.car.eadem

Teſtamentum domini Ieſu cap.xliiii.car.xcviii
De diſpoſitione legatorum & teſtamento domini in genere. & de fide in ſpecie, ut de primo legato cap.xlv.car.cii
De fructu fidei, & utilitatibus conſequentibus illam cap.xlvi.car.ciii
De obedientia cap.xlvii.car.ciiii
De pace hæreditario iure, & donationis titulo hominibus a domino Ieſu relicta & donata cap.xlviii.car.cv
De ſpiritualibus bonis tm̃ quare dn̄s Ieſus cõdat teſtamẽtũ cap.xlix.car.cvi
De ratione conſeruandi pacem a domino Ieſu Chriſto teſtamenti iure relictam & donatam cap.l.car.cvi
De ſecundo fundamento pacis cap.li.car.cvii
De nutrientibus, augentibus, & cõſeruantibus pacem cap.lii.car.cvii
De primo nutrimento pacis cap.liii.car.cvii
De ſecundo nutrimento pacis cap.liiii.car.cvii
Declaratio ſtudii, & operis paci incũbentium cap.lv.car.cviii
De charitate ſecunda hæreditatis parte in ordine, ſed potiſſima intentione cap.lvi.car.cviii
De forma charitatis cap.lvii.car.cviii
Quod excellenter dilexerit ſuos dn̄s Ieſus cap.lviii.car.cix
De patientia amplectenda ad cõſeruationem pacis cap.lix.car.cx
De pſeuerantia patientiæ retinenda in aduerſis cap.lx.car.cxi
Epilogus legatorum iure hæreditatis relictorum cap.lxi.car.cxii
De inſtitutione teſtamenti executoris cap.lxii.car.cxii
De inſtitutione fidei commiſſarii, tutoris, curatoris & executoris teſtamenti dn̄i noſtri Ieſu Chriſti cap.lxiii.car.cxiii
Diſtributio paſſionis dn̄i Ieſu ſecundum eius executionẽ cap.lxiiii.car.cxiiii
Narratio orationis cap.lv.car.cxiiii
Diſtributio orationis, & partium declaratio cap.lxvi.car.cxiiii
Sequeſtratio cap.lxvii.car.cxv
Oratio cap.lxviii.car.cxv
Admonitio cap.lxix.car.cxv
Iteratio orationis cap.lxx.car.cxvi
Concordia euangeliſtarum cap.lxxi.car.cxvii
Figura orationis dn̄i Ieſu in horto cõſtituti cap.lxxii.car.cxvii
De oratione dn̄i in horto prophetia Dauid cap.lxxiii.car.cxvii
Captura cap.lxxiiii.car.cxviii
Capturæ diſtributio cap.lxxv.car.cxviii
Capturæ declaratio cap.lxxvi.car.cvviii
Prophetia Dauid de captura domini Ieſu cap.lxxvii.car.cxix
Figura ſtudii capiendi dominum Ieſum cap.lxxviii.car.cxix
Proditio cap.lxxix.car.cxix
Admonitio cap.lxxx.car.cxix
Præſentatio, ſiue exhibitio cap.lxxxi.car.cxx
Prohibitio defenſionis cap.lxxxii.car.cxx

Dn̄m Ieſum uirtute alicuius cõſtellationis captũ non eſſe cap.lxxxiii.car.cxxi.
Examinum diſtributio cap.lxxxiiii.car.cxxii
Examinis narrati declaratio cap.lxxxv.car.eadem
De interrogatione facta ab Anna dn̄o ſaluatori cap.lxxxvi.car.cxxiii.
Rn̄ſio dn̄i Ieſu Annę interrogationibus reddita cap.lxxxvii.car.eadem
De temeritate miniſtri Ieſum alapa percutientis cap.lxxxviii.cxxiiii.
Prophetia de temeritate miniſtri percuſſoris, & de eius caſtigatiõe. lxxxix.cxxiii.
Secundum examen Caypha preſidente cap.xc.car.cxxv
Diſtributio & declaratio ſecũdi examinis Caypha pſidẽte cap.xci.car.eadẽ
Teſtium conquiſitionis declaratio cap xcii.car.eadem
Interrogationis declaratio cap.xciii. car.cxxvi.
Reſponſionis Chriſti declaratio cap.xciiii.car.cxxvii.
Reſponſionis comprobatio declaratur cap.xcv.car.eadem
Reſponſionis deteſtatio declaratur cap.xcvi.car.cxxviii.
Reſpondentis damnatio cap.xcvii.car.eadem
Vexatio declaratur cap.xcviii.car.eadem
Prophetia de huiuſmodi examine cap.xcix.car.eadem
Concentus ex diſſonis cap.c.car.cxxix
Figura ſecundi examinis & eius declaratio cap.ci.car.eadem
Vexationis declaratio cap.cii.car.cxxx.
Concentus ex diſſonis cap.ciii.car.eadem
Prophetia de pœnis poſt ſecũdũ examẽ dn̄o Ieſu inflictis cap.ciiii.car.cxxxi.
Figurę harum pœnarum cap.cv.car.eadem
Examinis tertii diſtributio & enarratio cap.cvi.car.eadem
Adductio in prętorium declaratur cap.cvii.car.cxxxii.
Cauillationes exponuntur cap.cviii.car.eadem.
Criminum prolationis declaratio cap.cix.car.eadem
Cauillationũ & accuſationũ iniquarũ prophetia cap.cx.car.cxxxiii.
Figura de cauillis & accuſatiõe Iudęorũ cõtra Ieſum cap.cxi.car.eadem
Quarti ſecundum ordinem examinis declaratio, quod ſecundum eſt a iudice Pilato factum cap.cxii.car.eadem
De ueritate interroganti Pilato cur ueritas nõ rn̄derit cap.cxiii.car.cxxxiiii.
Concentus ex diſſonis cap.cxiiii.car.cxxxv
Prefatio in tractatũ de ueritate extra cãm habitũ, ſed nõ ſine cã. ca.cxv.c.cxxxv
Quid ſit uerum cap.cxvi.car.cxxxvi
De ſcientia angelorum cap.cxvii.car.cxl
Secunda Pilati de Ieſu ſententia liberatoria cap.cxviii.car.cxli
Iterata accuſatio Ieſu. a pontificibus coram Pilato cap.cxix.car.eadem
Tertia Pilati de Ieſu ſeutentia remiſſoria cap.cxx.car.cxlii
Diſtributio qnti examīs, q, p nũero iuuicũ tertius uenit cap.cxxi.car.eadem
Declaratio tertii examinis cap.cxxii.car.eadem
Prophetia de ſententiis remiſſoriis & accuſatorum iniquitate cap.cxxiii.car.cxliii

Condemnationis primę contra Iesum a Pilato diffinitę narratio & distributio cap.cxxiiii.car.cxliiii.
Delusionis Iesu a militibus narratio cap.cxxv.car.eadem
Executionis distributæ declaratio cap.cxxvi.car.eadem
Secunda Pilati contra Iesum sententia cap.cxxvii.car.cxlv.
Crudelis Iudęorum proteruię declaratio cap.cxxviii.car.eadem
Pilati inconstantia,siue leuitas & pusillanimitas cap.cxxix.car.cxlvi.
Vltimus conatus Pilati pro liberando Iesu,& ultima contra Iesum sententia. cap.cxxx.car.cxlvii.
Figura liberationis Barrabę,& dānationis dñi Iesu cap.cxxxi.car.cxlviii.
Prophetia de iniquitate Pilati,Herodis & Iudęorum in damnatione domini Iesu cap.cxxxii.car.cxlviii.
Executio sentētię ultimę cōtra dñm Iesum latę cap.cxxxiii.car.eadem
Commiseratio pia cap.cxxxiiii.car.cxlix.
Societas data domino Iesu eunti ad crucem cap.cxxxv.car.cl.
Domini Iesu cruci affixio dura & inusitata cap.cxxxvi.car.eadem
De titulo supra domini Iesu caput in cruce posito cap.cxxxvii.car.eadem
Improbatio tituli cap.cxxxviii.car.cli.
Improperatio cap.cxxxix.car.clii.
Improperationis declaratio,& primo a carnificibus illata. cap.cxl.car.eadem
Declaratio blasphemiarum a prætereuntibus contra crucifixum Iesum dictarum cap.cxli.car.eadem
Illusionū & blasphemiarū pōtificū & sacerdotū declaratio. cap.cxlii.car.cliii.
Codicilli domini Iesu Christi prima particula cap.cxliii.car.clv.
Secunda particula codicillorum domini Iesu,& eius declaratio. cap.cxliiii.car.eadem
Declaratio narrationis prædictę cap.cxlv. car.eadem
Tertia Codicilli particula cap.cxlvi.car.clvii.
Quarta codicilli particula & eius declaratio cap.cxlvii. car.clx.
De tenebris factis passionis tpe & declaratio earum cap.cxlviii.car.clxi.
Declaratio uerborum.s.deus meus,deus meus ut quid dereliquisti me cap.cxlix.car.clxii
De uelo tēpli scisso & ultima condemnatione domini Iesu cap.cl.car.clxiii.

¶ Capita Octaui Libri

De resurrectione prologus cap.i.car.clxiiii
De resurrectione in gñe,& primo qd nomen sonet cap.ii.car.eadem
De hominis resurrectione quid sit cap.iii.car.clxv.
De possibilitate resurrectionis cap.iiii.car.eadem
Quid sit domini Iesu Christi resurrectio cap.v.car.clxvi.
De ratione unionis naturę diuinę cum humana in dño Iesu cap.vi.car.clxvii.
De serie resurrectionis domini Iesu cap.vii.car.eadem

¶ Capita Noni Libri

De Ascensione prologus cap.i.car.clxviii.

De Ascensione in genere,& secūdū nomen qd illa significet cap.ii.car.clxix
De ratione secundum q̄ dns Iesus ascendit in cœlum cap.iii.car.clxix
Ascensionis domini Iesu amplior declaratio cap.iiii.car.clxx
De ratione loci,unde ascendit dominus Iesus,& de ratione temporis quo ascendit cap.v.car.clxx
De ratione concentus ascensionis domini nostri in cruce ad ascensionem in cœlo cap.vi.car.clxxi
De ratione obsequi dño Iesu Christo ascendēti præstiti cap.vii.car.clxxi
De lætitia ascensus siue ascensionis dñi Iesu Christi cap.viii.car clxxi
Benedictionum lętitia cap.ix.car.clxxii
Lætitia missionis cap.x.car.clxxiii

Capita decimi libri

De spiritu sancto prologus cap.i.car.clxxiiii
Distributio dicendorū de spiritu sancto secundū nomen cap.ii.car.clxxv
Angeli tam boni quam mali, & animę hoīum, spiritus nomen rite sortiuntur sed non ita proprie sicut tertia in trinitate persona cap.iii.car.clxxvii
De ratione personæ in genere cap.iiii.car.clxxvii
De ratione personæ diuinæ cap.v.car.clxxviii
De numero,nomine,& essendi modo diuinarū psonarū cap.vi car.clxxix
De generatione diuina,a quo,p qd,& quomodo fiat cap.vii car.clxxx
De processione Spiritus sancti & quid sit cap.viii.car.clxxx
De ratione nominum spiritui sancto in sacris litteris attributorum cap.ix.car.clxxxi
De ratione personarum diuinarum unde sunt tres,non plures,uel pauciores cap.x.car.clxxxi
De processione spiritus sancti a patre & filio cap.xi.car.clxxxii
De processione spiritus sancti a filio,ipsius filii testimonia cap.xii.car.clxxxiii
De missione spiritus sancti cap.xiii.car.clxxxvi
Declaratio iam dictorū,& quorsum dicta sint ostensio cap.xiiii.car.clxxxvii
De ratione missionis spiritus sancti in triplici uisibili specie cap.xv.car.clxxxviii
De ratione missionis spiritus sancti in columbæ specie in flatus halitu,& igneis linguis cap.xvi.car.clxxxviii

¶ INDEX OPERIS DE INstrumentis passionis dominicæ

Bonorum tripertita diuisio car.cxc
Cui ex tribus prædictis bonis maxime sit exhibendus honor car.eadem
Quę sit merces boni utilis car.cxci
Quę merces conueniens sit bono delectabile car.eadem
Quę sit merces boni honesti car.eadem

¶ In Secundo Tractatu

Christiani irreprehensibiliter honorant instrumenta passionis cxci.

¶ In Tertio Tractatu

Triptitam distinctionem cultuum christianorum continet,& primo declarat quid sit Latria cxcii.

Latriam domino Iesu Christo esse tribuendam, eius uero humanitati hyperduliam cxciii

Hyperduliam nonnullis sanctis tribui posse,immo deberi omnibus sine dubio duliam eadem

Latriæ,Hyperduliæ,& duliæ adinuicem comparatio eadem

Honor passionis dominicæ instrumentis debitus,sanctorum reliquiis,eorum utensilibus ac memoriis eadem

¶ In Tractatu Quarto

Rationes pro sancti Ferri gloria ex contactu proueniens cxciiii.

Aliæ rationes pro sancti ferri gloria ex utilitate nascentes eadem

Rationes pro dignitate inconsutilis Tunicæ cxcv

Quot & quæ sint gratiæ sacramentorum ecclesiæ cxcvi.

Quare tenemur Christo pro gratiis sacramentorum eadem

Omnem sacramentis ecclesiæ uirtutem a Christi uita & morte prouenire,& post eius mortem nil illis accessisse cxcvii.

Solutiones pulcherrimarum difficultatum rem quam agimus penitus aperientes cxcviii

Corpus Christi in triduo mortis fuisse unitum deo qui uita est,& tamen non uixisse. eadem

Soluitur alia difficultas ad rem faciens cxcix.

Respondet autoritatibus q̃ uidentur sentire contrarium eadem

Concordia alterius testimonii ex eodem Augustino sumpti cci.

Concordia testimonii ex Chrysostomo sumpti eadem

Concordia tertii testis sacro sancti scilicet Viennensis concilii ccii

Ad quem finem tanto processu,per tot talesq; difficultates hactenus dispu tatum sit eadem

Vestimentorum beneficentia & tunicæ domin' inconsutilis cciii

Secundum beneficium eadem

Tertium beneficium eadem

Quartum beneficium eadem

Quintum beneficium eadem

Sextum beneficium eadem

Epilogus cciiii.

FINIS

I.

Marci Vigerii Saonensis, Sanctæ Mariæ trans Tiberim Presbyteri, Cardinalis Senogallensis, in Decachordum Christianum, ad Iulium II. Pont. Max. Præfatio.

Decachordum Christianum Beatiss. Pater tibi potissimum dedicare debui, non solum quia Christi locum tenes inter homines, & d canticorum Christianorum ubiq; gentium primus modulator existis. Sed etiã quia de feracissima doctrinarũ sylua Sixti quarti Pont. Max. patrui tui, præceptoris & patris mei optimi ligna concidi,ac de ipsius Sixti uirtutum officina securim accœpi, qua ligna conciderem, & instrumenta quibus ea dolarem,inflecterem, componerem,atq; in psalterii decem chordarum formam adducerem, ab eo mihi porrecta sunt,tanto optimi præceptoris studio, ut non tam discipulum quàm filium ad diuinam philosophiã uideretur instruere. Tu quoq; Pater Sancte quod patruus tuus in me plantauerat,crescere & tua munificentia fructum afferre fecisti. Nam cum primum inter christianæ religionis cardines assumptus es, me egenum & uilibus indutum uestimentis, decentioribus induisti, indicans qualem me deproximo reddi,& in quo ordine constitui tua opera uelles.Paulo enim post cum ex prima ad regem Gallorum legatione re bene gesta rediisses,primo sacro senatu reate habito te autore Sixtus me Senogallensi ecclesiæ episcopum præfecit, unde mihi facultates ad theologię studia prosequenda abundesuppeditatæ sunt. Omitto publica munera,quibus postea me sæpius decorasti. Hoc unum tacere non possum ,q̃ ubi patrui locum,id est Pont. Max. quartus ab illo assecutus es, moxarcis Sancti Angeli de urbe custodiæme præfectum esse uoluisti. Existimo ut commodius operi incepto insisterem, & meis me studiis.i. disciplinis à Sixto acceptis copiosius instruerem. Et nunc Pater Sancte q̃ operi finem imposui me sacro sanctis Cardinibus ecclesiæ christianæ tua sola clementia & in me profusa beneficentia ascripsisti. Quod quid aliud fuit q̃ laboribus & studiis meis in Decachordi huius fabrica congestis gratiam simul & autoritatem contribuere? Accipe igitur Beatiss. Pater de fructibus plantulæ, quam plantauit patruus tuus Sixtus Pont. Max. tu Cardinalis irrigasti, & Pont. Max. ita auxisti, ut professio mea plus ab homine sperare non possit. Verum quia meritis de me tuis tuiq; animi splendore fructus tenuitatis meæ digni esse non possunt,tua lulia clementia dignos facias supplico. Nam Iulius à quo tibi nomen est parua sæpe munera,& animi grati pusilla indicia gratanter accepit,& maxima existimauit. Et dominus IESVS CHRISTVS, cuius officio inter homines ampliſſime fungeris duo æra minuta in Gazophilatium domini à paupere uidua missa, deo non minus grata fuisse confirmat, q̃ auri talenta oblata per diuites.

Eiusdem ad Lectores Præfatio.

¶ Deus canticum nouum cantabo tibi in psalterio Decachordo psallam tibi. Cantandi ratio, quę uno nomine musica nuncupatur, parium disparium uocum, aut sonorum in unum concentum est aggregatio, & quasi conspiratio unióque perfecta, unde & numerus sonorus dicta est. Quãdo multorum hominum uocibus, aut instrumentorum sonis his grauibus, illis acutis, aliis quasi mediis una conficitur melodia, singulis quos complectitur sonis, aut uocibus, auditu longe suauior, ueluti si multa aromata in unum condimentum adducta sint, illud singulorum quidem odorem, & soporem acutius sentientibus redolet, singulis uero olfactu gustúue suauius. Sed quale est canticum hoc nouũ quod nos cantare, qualé ue Decachordum, in quo nos cãtare David rex talis ac tantus inuitat? Canticum nouum est canticum gratiæ noui testamenti, cuius inter incunabula angelus gratiam præfatus est, dum Virginem salutans dicere incepit. Aue gratia plena. Decachordum psalterium est decem festi dies, quos christiana religio ad gratiarum actiones de redemptionis beneficio, suo redemptori accuratius habendas domino IESV Christo quotannis in perpetuum consecrauit. Et profecto quemadmodum per decem harmonicas Chordas in unum certa ratione collectas per Decachordum psalterium infinitarum penè melodiarum cõcentus exprimitur, ita per decem dies Saluatoris nostri recensendis magnalibus solennibus dedicatos christiana mens conditoris & redemptoris sui surgit ad laudes, & de innumeris eius beneficiis per denarium festorum dierum numerum gratias agit. In hoc igitur Decachordo psalterio deo nostro nouum cãticum psallituri chordarum in primis nomina teneamus, deinceps singularum concentum & rationem eminentissimam, saluberrimam & iucundissimam agnoscamus. Annunciatio siue ut apertius christiane dicam Incarnatio filii dei ex Virgine nascituri in humana substantia, hoc nostro, immo regali prophetico, ac sacrosanctæ catholicæ & apostolicæ ecclesiæ Decachordo primæ Chordæ obtinet rationem, Natiuitas secundæ, Tertiæ Circuncisio. Epiphania quartæ. Quintæ Præsentatio. Sextæ Palmarum solennitas. Septimæ passionis dies. Resurrectio domini IESV sonoram facit octauam. Ascensionis eius gloria sentitur in nona. Decimam perficit exuberantia gratiarum, quibus apostoli ditati sunt die Pentecostes Quando in linguis igneis super eos Spiritus sanctus aduenies mentes eorum flamma ardentissimæ charitatis accendit. Linguas uero inaudita ditauit eloquentia. Vnde in fines orbis terræ eorum uerba processerunt, & Decachordi psalterii de quo agere intendimus sonus oĩ melodia delectabilior per eos in omnem terram auditus est. Nemo iam spero admirabitur cp lucubrationes has meas decem christianæ religionis diebus festis solennioribus decantandis accommodatas Decachordum Christianum inscripserim. Nihil enim nisi decem Chordas Christiani psalterii scribens pulso, & concinnendas aut dum concinnuntur audiendas trado. Si qd uero de philosophorum riuulis ad hæc adductum inueneris Lector, ad con

qm̃ infinitus. Vnde ex distãtibus siue differẽtibus integrari nõ potest. Sicut nec sphæra q̃ non nisi conformi lineę incuruatione cõsurgit. Nullos habet deus angulos, nullas intersectiones, nullas latebras, nullas umbras, qa est lux oĩa illuminans, cuius oculis nuda sunt oĩa & apta. Principium in illo unde sit nusq̃ agnoscitur, nusq̃ finis, cuius sit gratia, nisi sui, ante oĩa tẽpora est, sine tpe cũ oĩbus tẽpore durat, oẽm caussam antecedit, qa oĩm est finis & facit oĩa, sed & intellectualis est, & mole carẽs, penitus inextẽsus, intellectualis immo intellectus est, & intelligẽs semp. Est ergo deus sphæra, non q̃ linea aliqua geometrica cõstet, nõ figura corporea, sed secundũ mentẽ. Sphæra est intellectualis quãdo se ipsum à se ipso, per se ipsum intelligit, & oĩa q̃tũcunq; & quõcunq; distantia in se ipso, à se ipso, et p se ipsum intelligit, uolẽs se, se ipso, in se ipso, et ppter se ipsum ita uolẽs sicut intelligit. Ita qm̃ per intellectualẽ uirtutẽ in eo incipit in q̃ terminat, in eo terminat in q̃ incipit intelligere simul & uelle, qua si sphæra est rediens in se ipsum uno actu intelligendi atq; uolẽdi, nullibi tamen principiũ habet uel finẽ essendi aut operãdi, qa ab infinito incipit, & in illud redit, sine principio & sine fine. Sphęra igitur intellectualis accõmodatissime dictus est deus, quando qdẽ sphæra per unicã lineã cõpletur, & in se redit, hic per unicã substantiã, & unicã mẽtis operã, à substantia nõ diuersam est perfectus & in se cuncta reducẽs, dũ cuncta uult ut intelligit. Vult inq̃ ut intelligit esse uolenda, intelligit ut uult ea esse intelligibilia, & illa talia fiunt dũ creãtur ab eo, talia permanẽt ubi creata sunt, qualia intellecta ab illo uoli tacq; fuerũt. Necp.n. aliã essendi formulã habet oĩs mundus uel habere põt, q̃ dei artificis sapientissimi infallibilis artis ratio illi induxit & esse constituit. Sed hęc sphæra quã philosophus intellectualẽ magna rõne diffiniuit, maiori adhuc à sphæra corpõrea separauit. Sphęra corporea centrũ habet in medio positũ, est.n. centrũ inuisibile q̃titatis extremũ sphęrę corporeę, à q̃ oẽs lineę ductæ ad suæ sphæræ circũferentiã sunt æquales, qd esse non posset si punctũ qd nomen centri à geometris assecutũ est, in medio æque distãti undiq; à circunferentia, non maneret, qd in circulo hic figurato est facile oculis cernere, & manibus mensurare, Non sic hæc sphæra intellectualis, nõ habet centrum in medio, sed ubiq;. Quid ita? Quoniã centrũ minimũ est in sphæra, adeoq; pusillũ, ut nulla pars sphærę dici merito possit, cũ tamen sit in eius medio cõstitutum, & quicquid rerum creatarum ubiq; est ab hac intellectu ali sphæra concluditur, quando in illa secundũ uirtutẽ aut eminentiã continetur, & q̃is sit aliq; eius, ut centrum est aliquid in sphæra, pars tñ eius esse nõ potest, sicut centrum pars non est sphærę. Omnis etiam creatura deo comparata tantundem distat ab eo, qm̃ cum singulę finitæ sint, deus uero penitus infinitus existat, ab infinito oẽs infinitę distare necesse est. Quæ autem singula uel simul omnia infinite distant ab aliquo, æque distare ab illo necesse est, nisi infinitas distantias, has maiores has ue minores existimauerimus. Quare rectissime dictum est, huius sphæræ intellectualis, quæ deus est centrum ubiq; manere, & circunferentiã nusq̃ esse, qm̃ à centro ad circunferentiã est aliqua determinata mẽsura, at à creaturis singulis, & simul omnibus ad deum nulla

est,neq; esse põt mensura statuta,ad immensum.n. q̃ mensura statui unq̃ po terit mensuratorũ. Circũferentiã huius sphærę intellectualis (quę deus est) caret etiã mensura extrinseca,cuius.n.circunferentia in aliq̃ loco est, id loco finitur,deus autẽ qui loco non capitur,quõ loco finiri existimabitur? Neq; uero centri ratione sphæra hæc intellectualis alicubi esse poterit,sicut maximam sphærarũ dixere philosophi in aliq̃ loco,ideo esse repositã,quia habet determinatũ centrum,nullibi habet determinatũ centrũ sphæra q̃ deus est, sed ubiq;,ita nusquã erit determinata sua circunferentia,erit uero ubiq; tota sed penitus inconclusa. Vide nunc (si potes) q̃tus sit qui misit angelum Gabrielem ad sanctã Virginẽ,est oĩa continens,oĩbus se præbens ut sint, omnia quæ sunt scintilla eius uel minima dici non possunt,omnia creat,regit,moderatur & sustinet,sustentatus à nullo,oĩbus imperat creaturis,nulla uero creatura neq; simul omnes legem aut modum illi imponere possunt. Cogita si potes hanc intellectualem sphæram,cogita centrorum eius numerositatem,cogita circunferentiæ immẽsitatem,cognosces principem hanc legationem destinantem esse omnium maximum,quod cogitare possit omnis creatura,immo uero magnum quod omnes simul cogitare non possunt.

De mysterio nominis Galilææ,

A a Ntea q̃ ad declarandam magnitudinem ac dignitatem eius principis accedamus,ad quã Deus Opt.Max.angelũ excellentiss.legatũ hodie destinauit,de loco adquẽ missus est aliqd in medium afferamus,qm̃ neq; hic uacare mysterio credẽdus est,qm̃ Lucas Euangelista tam accurate illũ describit.In ciuitatẽ nanq; Galilæę cui nomen Nazareth dicens.Prouinciam primo,deinde ciuitatẽ scribit,quia à cõibus ad.ppria descendendo consentaneũ est narrationẽ texere.Prouincię igitur nomen primo inspiciamus, Galilæa nomen est q̃d rota,uel uolubilis,uel tranſmeans, aut transmigratio facta (teste Hieronymo) sonare uidetur.Erat homo oĩm eminentissimus in rota uersatili creatæ sub luna naturæ institutus à deo,qm̃ ei datum ab initio fuerat,pesse uolucribus cœli,piscibus maris,oĩbusq; bestiis uniuersæ terræ, inde uero sua culpa deiectus, positus in rota fortunæ, & illic iussus de sudore uultus sui pane uesci suo,innumeris est pressus angustiis, dũ post studiosam terræ culturã pro expectata messe spinas sæpe ac tribulos recollegit. Certe B nisi fuisset Adæ peccatũ,nullũ ius in hoĩe fortuna unq̃ sibi uendicasset,quando per originalẽ iusticiã certa rõne moderatus appetitus, paucis minimisq; contentus,fortuitis bonis non inhiasset,immo uero fortuna penitus in rebꝰ hoĩm non fuisset,quãdo certa rõne egissent hoĩes oĩa. Nihil ignorãter,nihil temere,nihil uiolenter q̃ sunt fortunę radices quisq; hominũ aggressus,Tolle ignorantiã,fortunã sustulisti,tolle temeritatẽ,tolle uim,tolle metũ,fortunę uires penitus eneruasti.Nullũ.n.numen abest si sit prudentia,sed nos te facimus fortuna deam,cœloq; locamus.Ita qm̃ pro sua culpa pcipitatus est homo in ignorantiã,unde temerarius,imbecillis,meticulosus,& (ut uno uerbo dixerimus) imprudens effectus,rotã fortunæ subintrauit,q̃ nunc pro temeritate nostra,nũc imbecillitate,nunc metu,qbus inuoluimur & rotamur assi-

duę,nobis

due,nobis abutens,summa nostra infimis,infima summis uersare lætatur.De hac miseriæ & instabilitatis rota uolens nos eripere deus,& per gratiã ad naturæ institutæ formã rectitudinẽq; traducere,patriã ad quã destinabat,hui rei gratia nunciũ suũ nomen,habere uoluit,q̃d rotam sic uolubile designaret.Significaret pterea transmeans,siue transmigrationẽ,ut oẽs intelligerent eum qui sua culpa se transmigrauerat à rota rectæ rationis institutæq; naturæ,ad rotã fortuitæ calamitatis oĩ prudentia destitutę,huius legationis beneficio transmigrationẽ accipe,ad solidã gratiã.Sed dices,& opus huius legatio C nis impletũ est,& nihilominus rota fortunę rotamur,immo pcipitamur assidue.Culpa tua est.Qñ te per legis euangelicę obseruantiã in gratię rota non contines,legẽ dei spernis,christianus es noĩe,non re,spem tuã quęso ubi locastiq; In diuitiis,uoluptatibus, aut honoribus seculi.Iacta sup dño Iesu Christo cogitatũ tuũ,noli nimis de crastino esse sollicitus,uiue hodie, uiue modice,& modeste, uiue secundũ iura naturæ,illa paucis minimisq; cõtenta est.Si ad naturam uixeris,nunq; eris sub rota fortunæ,si ad opinionẽ,sine certo numero fortuito rotaberis semp,iactaberis & pcipitaberis. Vide angelũ esse missum in Galilæam,puinciã,q̃d nomen rotę significatũ,& transmeantis importat,ut à fortuitis separatus te transferas ad naturalia desyderia,per gratiã mediatoris hodie annunciati & stabilẽ mansionẽ in rota gloriæ sempiternæ conquiras. D Cui nomen Nazareth,flos uel uirgultũ,siue sanctitas & consecratio,Item unctio uel munditia,siue custodiẽs,aut sepatio eodẽ Hieronymo interpte significat,ut intelligamus à qua rota ad quã nos per hanc legationẽ transire conueniat,qualis' ue transitus noster futurus sit.Missum in Nazareth angelũ Euangelista magna ratione cõmemorat.A prioribus nempe uitæ affectibus,turpitudine plenis,supuacuã semp ambientibus ad florẽ parsimonię,& sobrietatis redolentiã,à rigido obstirpationis stipite,ab alto superbiæ trunco,ad pœnitentiæ & humilitatis uirgultũ flexibile,à rapacitate insaciabilis auaritię,ad liberalitatẽ elemosynæ,à fœtore luxuriæ,ad consecratã deo continentiã,sanctis angelis semp amicã ab unctione immundorũ condimentorum,à fucis faciei,ad munditiã naturalẽ transitus est faciẽdus,ut dicere possit angelus nobis ad custodiã animę nostrę datus. Aue Maria &c. Hæc de ratione nois, puinciæ ac ciuitatis ad quam missus est hodie nuncius Gabriel angelus dicta sufficiant.

¶ De Sanctæ Mariæ Excellentia.

Ignitatem principis hanc tantã legationẽ excipientis amplissimã esse d Lucas Euangelista declarat.Ab illo igitur hancnõ à me pdiscite q̃so.

Ad quam,ad qualẽ,ad quantã o Euangelista dominã,hæc legatio destinatur? Ad uirginẽ desponsatã uiro,cui nomen erat Ioseph,de domo Dauid,& nomen uirginis Maria.Prima huius dñæ excellentia,uirginitas est,nõ secundũ carnẽ tm̃,hæc.n.oĩbus fœminis innascitur,gregale bonũ est,& nulli us meriti,nisi illã prudentia moderetur.Testem habemus hic copiosissimum dñm Iesum Christũ,cuius pabola uirgines fatuas excludit à nuptiis,solas prudentes cum sponso aĩarum nostrarũ amantissimo epulari,& nuptias celebrari demonstrat.Multæ sęculis antecedentibus mulieres fuerãt,q̃ à uiro nunq;

b

E cognitæ,uitam morte mutauerunt penitus integræ,nullam tñ pro ſua uirgi
nitate uirtutis famã ſacris literis ſunt aſſecutæ.Multę noſtra ætate puellę mo
riuntur innuptæ,quibus uirginitas nulli ornamento putatur accedere, qm̃
corpore tm̃ uirgines,& ad tempus,non animo ſe illibatas perpetuo conſer-
uandi uitæ finem attigerunt.Nullam in ſacris literis legimus mulierem ante
Mariam,antę hanc ſacratiſſimã dominam ab angelo Gabriele hodie uiſitatã,
ſalutatam,monitã & ꝓſuaſam,cui uirginitas tribuatur honori.Omnes n.ante
illam nubere,& maris amplexu liberos procreare animo habebant, uirgini-
tatem ſuã corruptori homini,omnes cum ꝑ ętatẽ legẽdę liceret credere ꝓſto
erant.Verecundia legum,timore parentũ,non uoluntate,non propoſito uir
gines eo uſq; ꝓſeuerabant,donec ſecũdũ legem,& parentũ arbitriũ illã depo
nere permitterentur.Virginitas carni harũ aliqñ inerat,menti aberat ſemp.
Maria uero quam ab initio ſemel carni natura dedit corporis integritatẽ ſtu
dioſe continuit,& diligenter perpetuo conſeruauit,non ætas,non lex,non pa
rentes illam in uirginitate tenuerunt,ſed uoluntas & animi magnitudo, qui-
bus uiri conſuetudinẽ,ſolatiũ ue liberorũ ſe non exiſtimauit egere,iactauit ſu
per domino curam ſuam,neq; ſubire dubitauit legis maledictũ, ſe totam deo
committens,cuius ſpiritu qui aguntur,legi non ſunt obnoxii,itaq; uirginita-
tis uoto ſola inter priores puellas,ſe totã deo ꝑpetuo conſecrauit. Singulare
eſt hoc Mariæ priuilegium,q̃ ſup̃ omnes fœminas eſt glorioſiſſima,q̃ ante il-
lam nulla meruit dici uirgo,omnes ante Mariam mulieres maritalis ſaltẽ co
pulæ deſyderio ſunt corruptæ.Maria ſe ipſa teſte pro ſanctitate pudicitię mẽ
tiri neſciente uirum non agnouit,& perpetuo (ſi deo placeret) non cogno-
ſcere inſtituit.O excellẽtiſſima inter omnes fœminas,q̃ q̃d uſus ignorauit,lex
non excogitauit,natura uix ſuſtinet,corporis integritatem,& animi puritatẽ
F pio immutabilicq; ꝓpoſito complexa eſt.Magna ẽſt ergo hæc & inter puella
rum matronarũq; uirtutes,prima principis huius dignitas,ad quã hodierna
die Gabriel angelus orator accedit. Virgo eſt mẽte penitus cõfirmata,deoq;
deuota.Virginitas mentis corpus eius ꝑpetua in uirginitate ſeruabit.Nõ eſt
gregalis mulier,non muliebri mouetur affectu.Debilitas ſexus,carniſq; con
ditio in muliere fragiliſſima,diffidentia uiriũ ad ſe defendendũ,puellas ac ma
tronas faciunt ſine culpa uiri deſyderare conſortium,ſecq; tũ bene,honeſteq;
locatas & in tuto conſtitutas exiſtimare.cum amãtur à uiro,cuius rei gratia ſe
totas illi exhibent obſequentes, & in omnibus ſedulo famulãtur,ꝑſertim ſi ui
rum induſtrium,aliquá ue inſigni uirtute præſtantem fuerunt aſſecutæ,ſi be
ne moratæ ſint,non proteruæ,non procaces.Eſt certe maxima laus matronę
quaſi propriam uitam colere uirum ſuum.Mores bene inſtituti in ciuitatibus
qui à naturæ linea diſcedere nequeunt,expoſtulant,ut quia ad uitæ cõmodi-
tates conſequendas & ad fugiẽda ac ꝓpulſanda pericula fœmina ſibi nõ ſuffi
cit,& indiget uiro,illi ſe libenter aſſocietur,& exhibeat obſequentem, ſed hæc
uirtus earum eſt,quibus non conceditur,ad culmen uirtutis aſcendere. Ani-
mi magnitudo quæ hominem facit heroicum, q̃d latine (ut exiſtimo) ſonat
principibus aſcribendum,uirtuti heroicæ deditum ſufficere ſibi facit ad oĩa,

qñ per ſapientiã uidet ſapiẽtiſſimũ deũ, q̃ ſolus ab initio ꝓduxit uniuerſa,nõ
minꝰ ſolũ illi poſſe ſufficere ad uitę neceſſitates ſuppeditãdas,q̃ ſuffecerit ab
initio ad tribuendã uitã.Antecedẽtes igitur mulieres(ſecundũ mores hoĩm)
oẽs in hoĩe ſperauerũt,& aliũde q̃ à deo auxiliũ ſibi conqrere ſtuduerũt.Ma
ria cogitatũ ſuũ penitus iactauit in dño,& naturæ uires ſupegreſſa,nihil ſibi
deficere poſſe ſperauit.Si oĩm rerũ deo copioſiſſimo largitori ſe cõmitteret.
Hac igitur ratione uirginitatẽ ſeruare conſtituit,ut deus eſſet illi ante oĩa,q̃
uere eſt melius q̃ oĩa.Vnde illi ſoli cũ ꝓpheta cantat.Mihi aũt adhęrere deo
bonum eſt,ponere in dño deo ſpem meam.Nouerat mulierẽ nuptã.i.nupti
as conſumantẽ,& cum uiro in matrimonio ꝓſeuerantẽ,cogitare q̃ ſeculi ſunt
& eſſe ſollicitã placere marito ſuo.Quod licet culpabile minime ſit,tñ ſtudiũ
eſt animi,intra imꝑfectiõis anguſtias ſe trudentis.Quæ aũt innupta eſt.i.nu-
ptiis non occupata,neq; ſe occupare ꝓponens uſibus nuptiarũ,cogitat quæ
dñi ſunt oĩpotentis,nõ quæ fragilis hominis,cogitat quõ placeat deo regi fæ
culorũ,inuiſibili,immortali,imꝑturbabili,& penitus impaſſibili. Non ſtudet
carneo homini ſubdito ſeculi ptãtibus,carnis affectibꝰ naturæ defectibus,for
tunæ ſæuiſſimis ac incertiſſimis caſibus,caduco,mortali moribundo.Noue-
rat Maria oẽm carnẽ eſſe fœnum,ſuam ipſius pulchritudinẽ,ſuam iuuentutẽ,
quamuis elegantiſſimam quaſi florẽ agri eſſe meminerat.Mane nitore uege
tam & uigentẽ,ueſpere occiduam,pallentẽ,laxam,rugoſam futuram & marci
dam.Hæc apud hoĩes durare non poſſe,apud deum ꝑpetuo manſura intelli-
gebat.Nihil apud illum decidere,nihil in deterius mutatum iri formidabat,
apud quem omnia uiuunt & in melius commutantur.Agnouit quãtumlibet
ꝓſtantem uiribus,decorum ue iuuenta maritum,ſenectute q̃q; exhaurien
dum,morte tollendũ,noluit igitur florem ſuæ iuuentutis pulcherrimũ illi tri
buere,qui ꝓprium conſeruare non poſſet,noluit fragilitatem ſuã baculo (ut
aiunt) arundineo ſuſtentari,ſe deo dicare conſtituit penitus integram, qualẽ
ille ab initio creare dignatus fuerat.Ita ſi deus dignaretur acceptare uirginita
tem ſuam,corpus,animam & uitam dei creatoris ſui penitus eſſe cõſtituit ob
ſequiis mancipatam.Hoc eſt quod Lucas dicit uno uerbo,Ad Virginẽ, Vbi
ſapientiæ,magnanimitatiſq; dotibus Maria cognoſcitur ampliſſime decora
ta,& cui merito dicatur.Aue gratia plena &c.

¶ De uirginitate an ſit uirtus.

Cio apud plærosq; non ſatis conſtare uirginitatẽ eſſe uirtutẽ,contra
S q̃s,qm̃ Hieronymus copioſiſſime diſputauit,ego tanti uiri induſtriæ G
q̃d adiicerẽ nihil certe habẽs,ſatis duxi horũ nimis ſtudentiũ nuptiis
argumentationes quaſi ꝑ ſummã recenſere,& oſtendere eſſe fallaces. Virtu
tem hi dicunt à natura nõ tribui,ſed acqri oportere per ſtudiũ operandi.Vir
tutem item amiſſam recupari aliqñ poſſe,immo ſæpe cumulatius recupatam
fuiſſe confirmãt Petri apoſtolorũ principis exemplo,q̃ poſt negationẽ fideli
or eſt effectus.Virtutẽ item plurimũ utilitatis rebꝰ publicis & priuatis affer
re ꝓdicant.Cnm econtra in hoĩe,ſimulq; cũ hoĩe uirginitatẽ naſci exploratũ
ſit.Nulla ꝓterea opatione uirginitas acquiratur.Amiſſa recupari non poſſit,

sterilis ꝓterea sit & fructu penitus uacua. Quare non magis inter uirtutes ꝙ
H sterilis arbor inter plantas fœlices eōnumeranda uidetur. Isti primis duabus
argumentatiōnibus falluntur, hoc ideo, ꝙ uirginitatē in sola corpis integrita
te reponunt. Hoc quale sit iam supra monstrauimus. Non dicitur uirtutē uir
ginitatis habere nisi ētē corrupta fœmina, cuius corpꝰ integrū manet. Virginē
cōmendabilē oportet sanctā esse mēte et corpe, nō mea sed apostoli Pauli sen
tentia, immo Iesu Christi, q̄ fatuas uirgines in sola carnis integritate glorian
tes, repudiatas à sponsō uirginitatis ostendit. Licet igitur uirginitatis aliquid
natura producat in carne & cum carne nascentis, hoc tñ exiguū est, & quasi
materia, cui nisi accedat integritatis electio, & firma pseuerandi uolūtas, re
cta rōne moderata, nunq̄ ad uirtutis gradū pueniſſe credenda est. Nō est. n.
Christo docēte uirtuosa uirginitas sine prudentia. Prudentia porro uirtutū
est norma, quā natura non profert, sed mens in bonis exercitata cogitatibus
sibi conquirit. Ita non est uirginitas à natura, sed à sancto ꝓposito supra natu
ram eleuato tributa, qñ naturæ uires excedit, carnē esse & carnis desyderia
supare. Ad uirginitatem igitur non peruenitur ocioſe, sed multo labore, multo
studio, multis angustiis. Nam si circa difficile uirtus negocium habere p̄dica
tur, quid quæso potest esse difficilius q̄ se ipsum uincere? naturę impetum ra
pidissimum in se ipso compescere? coniugii solacia despicere, & liberorū dul
cedinem aspernari? Magno ad hæc conamine, magno studio, & lōga est opꝰ
I pseuerātia. Quę alias uirtutes impugnāt extra nos sunt posita, q̄d uirginitatē
insectatur in nobis nascitur, nobiscū est semp, necunde quæritur, ultro se of
fert, etiam nobis inuitis prēsto est. Si uirtutis materiā à uirtuoso confici opor
tere nuptiarii existimauerint, somniabunt mere, & minus dicent q̄ pueriles
nugas. Non. n. erit liberalis neq̄ magnificus, qui pecuniā dispṫiendā ipse non
ciderit, immo qui argentū & aurum non effoderit, non conflauerit, non aliq̄
suo labore parauerit, non erit temperans q cibos, potus, qui tactum delectan
tia, à quibus abstineat, uel quibus bene utatur sibi non fuerit fabricatus. Vir
tutis formam uirtuosum opari materiam a natura uel ab arte cōquirere opꝰ
K est. Ita materiam uirginitatis uirgo accipit a natura, formā ipa sibi per bonam
uoluntatē inducit. ꝙ uero uirginitas amissa resurgere nequeat, materiæ defe
ctus effecit. Recupantur alię uirtutes, qm̄ abeuntibus illis earū materia neces
sario nō amittitur, & si fuerit amissa recupabilis est. Desinat qs esse liberalis,
nō necessario illi desinit esse liberalitatis materia, nō. n. ab eo necessario rece
dit, aut desinit illi esse pecunia quā habebat, & hāc ipsam si abiserit cōstat esse
recupabilem, qñ æqualentē & maiorē (q̄d sępe fit) possit acqrere. Qui tpan
tiā deserit, epulas necessario nō amittit, a qbus abstinēdo tempans effici pos
sit. Qui in pusillanimitatē cadit, unde possit bñ audere, & intrepidū se pstare
sæpius inueniet. Qui corpis integritatē amiserit, nulla unq̄ illā poterit creata
uirtute resumere. Materia ergo uirginitatis penitus sic semel amittitur, ut uir
L tute creata recupari nō possit. Deus tñ q suscitat mortuos, q omnē solutā cor
poris compaginem in eosdem numeros pristinosq̄ concentus instaurat iura
uirginitatis in integrū pōt reducere. Et fortasse in illa supna ciuitate ubi non

nubent mulieres, neq̄ uiri uxores ducent ad nuptias, sed erunt oēs hoies sicut
angeli dei, discretione quidem sexu, sed sexus ministerio (sicut angeli non egent) pe
nitus nō egentes, erit inq̄ fortasse hoībus oīs corporis integritas restituta.
Quod si fiet (immo qa forsitan fiet, qm̄ corpus q̄d animale seminatur, spiritu
ale resurget) non est oīno negandū uirginitatē secundū corpus. i. materiā uir
ginitatis a deo posse restitui, q̄ beatis oībus in corporū reassumptione fortas
se tribuetur. Non est etiā negandū ipsam uirginitatē posse penitus instaura
ri, nisi uirginitatē uelimus intelligere secundū formā in eo consistere, q̄d est
semp uoluisse, pprium corpus integrū ab omni scissura, & carnis pollutione
seruare. Nisi item materiæ uirginitatis ad plenā redire corpis integritatē nō
sufficere existimemus, sed oportere nullā unq̄ tuliſſe scissurā. Ita qa semel uo
litum, nunq̄ potest uolitū non fuisse, neq̄ deus ipse efficere pōt ꝓteritum non
esse ꝓteritum, non poterit uirginitas instaurari. Sed huic argutiæ innitentes
& totam uirginitatis rationem perenni integritati carnis & animæ tribuen
tes, nihilominus dicere compellentur (quod est uerissimum) uirginitatē cor
rupto corpore posse manere, ut si qua mulier per summam penitus uiolenti
am defloretur. Testis hoc loco est sancta Lucia, quę non nisi de consensu mē
tis hominem inquinari posse libidine Pascasio respondit intrepida. Non est
igitur uirginitas sicut neq̄ reliquę uirtutes morales imersa uel alligata fluxis
bonis & momētaneis. Quare deficiēte materia, ipa nō deficit, sicut. n. deficiēte
pecunia & p summā inopiā in oīm egestate rerū cōstituto, liberalitatis cōmē
datio non deerit, si prōptā ad bene distribuēdū habuerit uolūtatē, nō deerit
tēperantia inedia pereūti, si duret ꝓpositū cibis, potibus, ac tactui delectabili
bus cum modestia bene utendi, non deerit iusticia, ius non dicenti, neq̄ utilia
commutanti, & hæc unde operetur penitus non habenti, si adsit intentio uni
cuiq̄ quod suum est tribuere, & neminem lędere. Ita deficiente corporis inte
gritate. Si modo animus in illa permaneat, erit in mēte solida uirginitas, quæ
hocipso operosius fouetur interius, quo sine mentis cōsensu acrius oppugna
tur exterius. Quarto loco q̄ debilis sit nuptiariorum ratio non attinet dicere. M
Apertissime etenim falsum sumere dignoscuntur. Viderit talpæ ꝙ isti uel nō
uident, uel se uidere dissimulant. Palpant aridi stipites publicas & priuatas
uirginitatis utilitates. Nonne reipub. splendorē affert ꝙ mares & fœminas
(si per incontinentiā deliquerint) inexcusabiles manifestat? Quis iam incon
tinentiam sexus debilitate, aut ardore iuuentæ poterit excusare, qui in sua ci
uitate uiros ac mulieres per omnem uitam libidinis expertes, qui sexum ratio
ne, ardorem ætatis honestatis amore superauerint? An non est utile reipub.
aliorum necessitatibus subuenire? Liberos proximorum ad religionem edu
care? Orationum suffragiis releuare cadentes? sequestrem se inter deum &
homines exhibere? religioni pietatiq̄ operam dare? Hæc omnia melius fa
ciunt uirginitatem seruantes q̄ nuptiis operam dantes. Nempe si mundo nō
pariunt, non nutriunt, deo continue utrunq̄ persoluunt. Hinc ego existimo
Hieronymum dixisse. Nuptiæ replent terram, uirginitas paradisum.

¶ De Virginitatis Excellentia.

Nabemus hic ciuitatem non permanentem,timoribus anxiam,labori
N h bus plenam,& periculis redundantem.Itaq; in hac malis plena ciuita
te atq; peccatis,quam nuptiæ replent,perfectum esse potest nihil.Ide
oq; uirtutes quas morales philosophi nostri temporis dicunt,quæ.s. ad mo
res istl ciuitate publicos ac domesticos componendos ualent,non immerito
purgatiuæ a Platonicis dictæ sunt,quoniam quod purgatiuum est, omnino
purum esse non potest.Non sunt penitus desecate medicinæ,quæ exhauriũt
corporis purgamenta,sed & ipsæ aliquid habent malæ cõplexionis unde no
ceant cum iuuamẽto.Hinc est q; omnes medicinæ quæ purgant,etiam inue
terant,purgant quando per suam austeritatẽ diuellũt superfluos,putridosq;
humores a corpore,inueterant quando sua malignitate naturam enerυant.
Sic aquę ut pannos purget admiscemus cineres,pura nanq; aqua purgare nõ
sufficit.Istæ igitur terrenæ ciuitatis hominum terrestrium uirtutes,non sunt
ex omni parte perfectæ,quia inter duo uitia singulæ constiterunt,ut per ex
tremorum temperaturam a prudentia reductæ ad medium affectus moderen
tur humanos,& ad terrestrium utilitates prosint.At ciuitas permanens quã
O uiri heroici adhuc in fragili carne constituti,iam quasi incolũt,uirtutes habet
longe præstantiores,quæ non purgatiuæ,sed purgati animi dotes sunt.Hæc
ciuitas nulla eget terrẽna substãtia.Suis ciuibus in illa deus est omnia,uigilãt
semper taliũ ciuium in tam fœlici ciuitate uirtutes, & ab opere nunq; cessant,
nulla tamen moderantur extrema uitia,procul sunt ab omni feculenta mate
ria,non amittuntur,non indigent perfici,per illas uenit quod perfectum est,
quando iam euacuatum inueniunt quod erat ex parte. Prosunt igitur supra
modum.Inter has si reposuerimus uirginitatem,& dixerimus illam esse uirtu
tem non purgatoriam,sed purgati animi dotem,abunde forte satisfactũ erit
calumniis omnibus, quas contra illam nuptiarii nectere conati sunt. Nõ erit
opus illam corporis utilitatibus consulere.quoniam quæ hoc faciũt nõ oino
puræ sunt.Hæc uero uirtus est animi purgati,nõ opus erit illam extremis ui
tiis esse temperamentum.Ad animum purgandum ualent illæ,ista purgatũ ho
nestat,si non est mentitus ille qui dixit.Nonne anima plus est q̃ corpus? uir
tutes q̃ animis ꝓpetuas utilitates afferũt,& dignitates utiliores & p̃stãtiores
sunt,q̃ q̃ ad corporeã uitã attinẽt cõseruãdã.Adeste animis o nuptiarii,adeste
inq̃ uirginitatis osores & ipugnatores.Dicite si mõ potestis q̃ coniugata ma
trona qs lege nuptiarũ liberos ad hãc diẽ ꝓcreas, Immo donec ſeculorũ ſecu
la durabũt geniturus,tm̃ rebus humanis utilitatis attulit,uel afferre unq̃ pote
rit q̃tũ nobis Mariæ uirginitas noscitur attulisse? Quid rebus humanis dixi?
cũ oibus terris, oibus cœlis & angelis sanctis,q cœlorũ sublimiora incolunt,
hęc uirginitas sit honori.Euę matrimoniũ hoibus ruinã intulit,Mariæ uirgi
nitas ruinã hoim repauit.Euę matrimoniũ ãgelis beatis supplemẽtũ detraxit.
Marię uirginitas suppetias adduxit.Euę nuptiæ spoliauerũt cœlos,qs Marię
uirginitas exornat et cõplet.Sũt ne isti tenues uirginitatis fructꝰ? est ne par
opolsa uirginitas q̃ deũ hoibꝰ cõciliat,pacẽ cœlis & terris obtinet sempiternã,
diuinitate terrã ditat,cœlos Christi humanitate decorat,& q̃tidie hoim salu

te ornatiores reddit?

¶ De Incarnationis tpe.

Vltę rationes a multis Theologis præclaris sana doctrina & sanctita
m tẽ uiris adductæ sunt,cur deus post tot annorum sæcula filium in car P
ne mittere potissime distulit declarantes,quas ego certe non respuo,
neq; illis meliores adinuenire confido,dicam tamen de hac re quod sentio.
Ante Mariam nulla est inuenta mulier.quæ hoc munere fungi,uoluerit,esse
mater dei,omnes esse matres hominum uoluerunt,omniq; mentis ardore eõ
cupierunt,& quæsierunt de hominibus parturire,homineq; hominibus pa
rere.Ego diligentes me diligo dicit sapientia,sto ad hostium & pulso, si quis
aperuerit ad illum intrabo,& cum illo manebo.Ante Mariam omnes mulie
res declinauerunt,dum mẽtem ad ima,ad mortalia,& caduca,fœminæ ad mo
ribundos mares,& illi ad fœminas uento mobiliores se cõuerterunt.Ideo inu
tiles & inhabiles factę sunt mulieres ad tanti muneris gratiam consequendã,
uiri ad conseruandam. Maria non sic declinauit,mentem suam ad hominem
non uertit,ad heroicam uirtutem,purgatiq; animi dotem,animũ erexit, pur
gatorias uirtutes sibi satis esse non duxit,consumatas elegit,delicti thoro uir
ginitatem prætulit,sciuit castitatem copulæ maritalis esse uirtutem,ad conti
nendam & moderandã carnis fragilitatẽ,uirginitatẽ uero ad animi & corpis
integritatẽ ualere ꝓpetuo cõseruandam.Hæc oĩa Hieronymo teste elegit Io
seph primus masculorũ in cõiugii consortio cõseruare pro Mariq merito uir
ginitatis assertor.Quia ergo non ut alii hoies,Maria inq̃ & Ioseph declinaue
runt simul,sed uterq; erexit se,& q̃tum potuit deo se dedit & adhæsit illi.Deꝰ
pater nõ immerito ad Mariã uirginẽ uirgini Ioseph desponsatã,nunciũ sum
mum angelũ mittere uoluit.Deus spiritus sanctus sup illã descẽdere constitu
it,& deus filius in illã uenire dignatus est.Nõne ueteris & noui instrumẽti iu
re domũ dei manu factã ita decet sanctitudo in longitudinẽ dierũ quibus du
rat,ut nulla illic secularia negocia rite tractẽtur,& ipi idolatrę ac infideles deũ
non ut oportet cognoscentes, sua templa oĩ mundana & prophana opa pror
sus uacua nonne cõseruare nituntur? & tm̃ in templis manufactis deus nõ ha
bitat,nisi ꝑ assistentiam specialẽ,gratiarumq; uberiorẽ ꝓfusionem.At mater de
qua nasciturus erat deus,totã secũdũ substantiã deitatẽ in se claudere, nec tm̃.
coangustare debebat,quare fuit consentaneũ talẽ matrem taliq; matris spõ
sum,humanis usibus nullatenꝰ esse occupatos.Igitur qa ante Mariã hodie ab
angelo salutatam,non fuit mulier q̃ se deo oĩno dicare uoluerit,q̃ homini sub
esse non constituerit,& ex homine filios procreare non proposuerit,non fuit
etiam maritus qui sponsam nuptiali affectu non accepit,duxerit,tenuerit, nõ
mirum si deus usq; ad sanctæ hyius uirginis maturitatẽ, filium suum distulit
incarnare.O igitur sancta & immaculata uirginitas,qm̃ quẽ angeli & homi
nes desyderabant, quem totus mundus ardentissime expectabat,tuo gremio
contulisti,Maxima est certe dignitas tua princeps excellentissima ad quam le
gatus est Gabriel angelus,a quo pro inaudito & excellentissimo uirginitatis
titulo,sapientia,animi magnitudine, heroicaq; uirtute pleno, non purgante
animam,sed iam puram inhabitante laudare meruisti.Aue &c.

¶ De coniugii Mariæ excellentia.

Q Esponsatã uiro. Ne ut cæteras uirgines q̃ post Mariõ illibatæ mãserũt
d uirginitatẽ seruauisse, hanc Virginẽ ad quã missus est Gabriel crede
remus euangelista mox addidit. Desponsatã uiro. Non audent nostri
tpis uirginitatẽ professæ habitare cũ masculis, neq; illos aspicere tutũ ducũt
q̃d certe saniss̃imũ consiliũ est, oĩa. n. uitia resistendo uincũtur, solũ uero uitiũ
q̃d uirginitatẽ impugnat uincitur fugiendo. Neuerũt q̃ uere uirgines esse, p
ponunt sui sexus fragilitatẽ, & nomen ipsum uirginitatis escã incentiuũq; libi
dinis masculorũ esse meminerunt, thesaurũ se in uasis fictilibus cõtinere in
telligunt, ideoq; accuratiss̃ime hæc ipsa uasa ab oĩ cõtactu p̃seruare nituntur.
At pro sui animi magnitudine Maria non dubitauit habitare cũ uiro, q̃n imo
lege nuptiali sociata marito, sperauit uirginitatẽ quã deo sacrauerat oĩpotẽti
eius auxilio conseruare. Ita despõsari qdem uiro uoluit, sed in concupiscentiã
illi cõmisceri nõ assensit. Neq; uero ætas uiri iam annis ut pingitur fracta sed
fides solida Mariam adduxit, ut in cõiugio uirgo ꝑpetuo manere, ꝓponeret.
Non erat Ioseph ætate confectus, qui a dei sapientia adiutor Virgini, & lon
ge ac difficilis ꝑgrinationis comes indiuiduus fuerat destinatus. Nõ dixisset
R illũ Euangelista uirũ (q̃d ante oĩa robustã sonat ætatẽ) si senio confectus Ma
riam desponsauisset. Illã etiã lege iubẽte nequaq̃ uxorem accepisset, si fractus
annis matrimonio inutilis extitisset. Neq; onera matrimonii senectute debili
tatus suæ pauꝑtati supinduxisset faber lignarius, qui manu & arte uictum sibi
cõq̃rere cogebatur. Nullo ꝓterea fuisset titulo Maria cæteris uirginibus p̃stã
tior, si non uoluntate sancta, sed uiri debilitate uirginitatẽ suã ꝑpetuo conser
uare sperauisset. Non iactasset cogitatũ suũ in dño, ẽ carnis debilitatẽ posuis
set brachium suũ. Hoc est ergo cur euangelista illã desponsatã uiro nõ tacuit,
S ut mentis eius constantiam incompabilem, & magnitudinem animi excellen
tissimam in operis difficultate agnosceremus. Vt inquam intelligeremus hãc
esse de qua spiritus sancti feruor loquitur in canticis canticorũ. Sicut liliũ in
ter spinas, sic amica mea inter filias. Aliarum quippe uirginum lilia, in hortis,
ac paradisis, procul ãspinis nitent, spinas timent. Huius aũt uirginitatis decus
spinæ uirilis consortii non lacerare, neq; dehonestare potuerunt, Vnde meri
to gratia plena super omnes fœminas hodie & benedicta prædicatur.

¶ De mysterio nominis Ioseph.

T Vi nomen erat Ioseph. Ioseph dñi iustus, uel dñi iustificatus. Augmẽ
c tum uel appositio (ut refert Hieronymus) nostra lingua interꝑtatũ
sonat. Multũ est o matronæ & q̃d uos oẽs desyderare non dubito, uiros
habere pulchrũ, sanum, robustũ, diuitem, sup oĩa uos amãtẽ. Quot tñ uxores
sunt uiri pulchritudine infœlices? qm̃ eius pulchritudinem plures adamant.
Quot uiri sanitate & uiribus corpis abusi, uel delitiis enẽoliti aspernantur uxo
res, & pro ancillis uix illas habere dignantur? Quot nimius amor insana suc
census Zelotipia uxores infœlices pro captiuis et carceratis apud uiros tenu
it, tenet & tenebit? Iusticiã solã uel maxime sana mente mulier, uiro suo debet
optare, hæc si adsit, fœlices, honorabilesq; nuptiæ. si abest dolor sunt & angu
stiæ

stiæ inæstimabiles. Iusto domini, & a dño deo iustificato nubit hæc uirgo, Est igitur honestissimus nuptiis decorata. Nupsit ꝓterea Maria ad suæ ꝓfectiõis magnitudinem ostendendam Hieronymus uirginitatis amator & defensor acerrimus nuptiario Iouiniano respondẽdo comprobat dicens. Tu dicis Mariam post partum uirginem non fuisse. Ego mihi plus uendico ipsum Ioseph uirginem fuisse per Mariam, ut ex uirginali coniugio uirgo filius nasceretur. Quare Mariæ uirginitas per Ioseph consortium illustratur, & uirginitas Ioseph per Marię societatem roboratur, sitq; uirtutis appositio ad uirtutem, cõstantiæ. s. utrinq; penitus insuperabilis ad animi magnitudinem, fidei q̃q; indubitatæ, ad spei soliditatem, & ad sanctæ charitatis feruorẽ amplissimũ. Propter quæ sine carnis illecebris Maria uirum suum Ioseph, ille uirginem coniugem suam amore castissimo ardentissime amauit.

¶ De ueracitate Mariæ & Ioseph.

Enit in mentem hoc loco illis satisfacere, q̃ Mariã dum desponsata est V
v dicunt fuisse mentitã. Lex. n. sponsæ hęc est ut una caro uelit esse cum
sponso, dicente deo. Erunt duo in carne una. Q̃m̃ nẽpe de utriusq; car
ne nascuntur, liberi tunc secundũ substantiã uere sũt duo in una carne nascẽ
tis, q̃m̃ fœmina de uiri carne cõcipiẽs de sua confouet fœtũ in utero & alit do
nec pariat. In desponsatione aũt secundũ intẽtionẽ & ꝓpositũ duo sunt in car
ne una, q̃m̃ maritus & uxor sibi inuicẽ ꝓmittunt opi gnationis & educationis
puerorũ simul incũbere. Maria igitur q̃ uirũ cognoscere nullatenus intende
bat, dum desponsatur Ioseph, id ꝓmittit q̃d nulla rõne p̃stare ꝓponit. Quid
porro est hoc aliud q̃ mentiri? publicã fidem irridere? & legis autoritate id
uerbo ꝓmittere q̃d mente non obseruatũ ire decernitur? Si Hieronymi uer
ba q̃ paulo ante audita sunt, interius pscrutemur constabit aperte Mariã cum
desponsaretur non fuisse mentitã. Quid quęso sibi uult q̃ ille dicit, ipsum Io
seph uirginem fuisse per Mariã, nisi q̃ ex sancto ꝓposito intemeratæ Virgi
nis, Ioseph se uirginem ꝓpetuo seruare decreuit, qui eam usq; diem uirgo p
mansérat lege iubente, q̃m̃ nullis adhuc fuerat nuptiis sociatus. Itaq; neq; Io
seph Mariæ mentitus est, neq; illa fefellit uirũ suũ, q̃n sibi inuicẽ sic uere con
senserunt, sicut quisq; consensum accipere constituit & offerre. Neq; ideo si
mul ambo fraudẽ legi fecisse cẽsendi sunt, q̃m̃ lex matrimonii uirũ sociat mu
lieri ad mutuũ adiutoriũ, & alter in alterius sic trãsit ptãtem, ut ꝓpetuo conui
uant, nunq̃ dã opus est desistant sibi inuicẽ esse p̃sidio. Est hic opẽ pciũ memi X
nisse liberorũ ꝓcreationẽ esse matrimonii fructũ, sed nõ uinculũ necessariũ,
etenim multis matrimoniis liberi non accedunt, & qbus adueniunt matrimo
nio fuerant prius indissolubiliter colligati, qbus etiã aduenerunt cũ ꝓcreatio
nis spes esse, non desinit esse uinculũ societatis. Carnis itẽ cõmixtio potius est
ad fragilitatis remediũ & solatiũ liberorũ q̃ ad mr̃imonii attinens sacramẽtũ,
q̃m̃ añ ipsam carnis copulã, nisi esset matrimoniũ uerũ, q̃ sic cõueniũt adulte
ri potiꝰ existimãdi forẽt q̃ fructꝰ mr̃imonii legitiẽ collectores. Frigidi itẽ atq;
maleficiati uiri ac mulieres fide maritali inuicẽ sociari, pseuerare ꝓpetuo pnt
q̃uis opꝰ gnationis exercere nõ ualeãt, neq; libidis ardorẽ expediat mitigare.

Hæc cum sic se habeant satis constat, posse maritalē societatē uirū ac mulierē ueriſſime consentire, præter affectum ſobolis ꝓcreādæ. Vnde liquet sanctā Virginē cū Ioseph ueriſſime, sine oī fictione, siue mendacio, & sine intentiōe fallendi, ſponſalia cōtraxiſſe, qñ sic illa se uiro tradidit, sicut ille uoluit habere traductā, & qa ad indiuiſibilē cohabitationis societatē, ac mutuū adiutorium consensit ut ēr̄, nihil hic defuit, q̄d ad uera ſponſalia neceſſario accedere debeat. Hoc est q̄d Lucas ait. Ad uirginē despōsatā uiro, cui nomen erat Ioseph Vt iuſtum & fraude uacuum, ex noīe uiri ſignificaret utriuſq; consensum, & ſpiritu ſancto iungente sic ambos iuſtificatos ostēderet ut utriuſq; uirginitati matrimonii ulm culū esse decoris additamentum ipſa nominis Ioseph ratio declararet. Propter quæ ab angelo cōuenientiſſime dicitur uirgini. Aue &c.

¶ De myſterio nominis Dauid.

Y d

E domo Dauid, Splēdore q̄q; familię monſtrat euāgeliſta hanc ipſam Virginē fuiſſe digniſſimā, q̄ de ſtirpe regia uirū habuit, unde & ipſa originē duxit. Fuerunt nāq; Maria & Ioseph cōtribules. Verū qa nobilitas generis illi ſplendorē afferre nō pōt, q se uirtutibus nō effecit clarum, generis nobilitati euangeliſta uirginitatē cōſulto ſcribēdo ꝓpoſuit, ut. ſ. ab huius uirtutis excellentia diſceremus Mariā reliqs bonis moribus ſine qbus uirginitas esse non pōt ꝓpetuo fuiſſe decore redimitā, & a ꝓgenitoribus illā nō tm̄ ſplendorē accepiſſe, q̄tum eiſdē addidiſſe noſceremus. Sed ꝑter regię ſtirpis dignitatē quā a Dauid Mariā ducere euangeliſta mōſtrauit, magnā rōne ab huius noīs parte illā originē ducere noluit reticere. Dauit nanq; fortis manu aut uultu deſyderabilis (Hieronymo teſte) noſtro ſermōe ſignificat. Virgo igitur q̄ ante omnes fœminas manū ſuā miſit ad fortia, q̄ carnē ꝓpriā (hoſtem ſane duriſſimū) debellauit, domuit, & frenauit, q̄ mundū & diabolū ſemper ſub pedibus habuit, de proauo manu fortiſſimo debuit originē ducere. Virgo tota pulchra in qua macula nūq̄ fuit, Virgo aſpectu decora modeſtis, terribilis aduerſariis honeſtatis, Virgo facie nitida, quaſi luna plena ſplendida, quaſi ſol in cœli mēdio conſtitutus, nō immerito progenitorem habuiſſe narratur cuius nomen uultu deſyderabile reſonaret.

¶ De dignitate nominis Maria.

T

Si p medicinā qs recipiat sanitatē,nōne sani hoīs p naturā,nō p artē munerē fungetur? ut acquirendi ratio sit ab arte ꝓfecta,acquisiti uero muneris usus à natura ꝓcedat ueluti si quēpiā fundo donaueris tuo illū accipiet iure ac bñficio,nō utetur & iure & cōmodo.Sed ad exēpli p angelū adducti rōnem redeamus.Si rerū creatarū ordinē inspicimus,qd quesō facilius est bono pictori? p se ipsum ꝓfecte alicuius similitudinē pingere,an p rudē & inhabilē alterius manū quā trahat & moderetur? Rursus si manū alterius aliqd efficias,debili id manu an forti melius exeq̄ris? Forti ꝓfecto.Facilius est igitur nostro intelligendi usu uirtutē dei p se ipsam gñationē efficere,q̄ p debilia & inutilia seruis hoīs instrumenta.Facilius est etiā p uirtutē integre,uegete,robuste adulescentis,& ex sanguine eius puro,in utero uiuaci embrionē deū cōpingere,q̄ fracte senio mulieris & manche in ītimis uisceribus,eiusq̄ mēbrorū & sanguinis ministerio hæc eadē opari,Quare angeli cōfirmatio per lineam rectæ rationis incedit sapientissime,qm̄ est certissimæ mentis humanæ captui consentaneum,eum qui difficilius opus impleuit facilius præstare posse si uelit.

¶ De probatione eiusdem conclusionis.

T Via nō erit īpossibile apud deū oē uerbū.Ne q̄s crederet aliqua magis,aliqua minus deo esse facilia,ne inq̄ diuinæ uirtuti aliqd difficultatis obstare posse q̄s crederet,sui exēpli rōnem Gabriel angelus declarat his uerbis,Quia non erit īpossibile apud deū oē uerbū.Hęc qd sibi uelint intelligere uolētes,qd sit uerbū primo oportet accipe,qd strictim hic dābim⁹, qm̄ in sermōe de natiuitate saluatoris nr̄i copiosius hac de re dicere locus erit Verbū hic ergo esse credamus nō uocis sonū,nō partē quādā grāmaticę ōrōnis dictā uel scriptā,sed cogitationē in mēte signatā,q̄ in se ipsa repugnātiam nō includit.Verbū inq̄ est qcqd sine cōtradictiōe mēs cogitat.Si cogites non
V esse deū,nullū uerbū cogitas,pugnāt.n.esse aliqd & nō esse deū,si cogitas p̄terita nō esse p̄terita,nullū uerbū cogitas,qm̄ nō p̄teriisse & p̄terita esse inuicē pugnāt.Si cogitas hoīem esse sine aīa rōnali,sine mente,nullū uerbū cogitas. Hęc.n.pugnāt hoīem esse,& aīam rōnalē illū nō hēre,cū sit aīa pars & forma hoīs,& totū sine partib⁹ esse rōni neq̄at cōsentire.Oīa igitur q̄ cogitam⁹ p̄ter rōnis repugnātiā uerbū hāt in nobis,hāc ipsam.s.cogitationē in mēte formatā.Impossibile etiā meminerimus dici solere qd difficile factu est.Dicimus impossibile est me tibi nūc pro credita pecunia satisfacere.Impossibile est podagra laborātē plene sanari.Nō sunt hęc īpossibilia penitus,ut nulla possint effici rōne,sed incōmodū & durū est primū,alterū uero arduū & labor.Sic intelligi uoluit Gabriel īpossibile,ut sit sensus.Nō erit īpossibile,non erit difficile apud deū,diuinę uirtuti oē uerbū oēm cogitatū ab ea sine repugnātia efficere.Etem̄ qa uirtutis altissimi et oīa finita infinito cōpata tātūdē distare necesse
X est (ut sup̄ mōstrauimus) oīa æque facilia esse deo factu nos cōuenit cōfiteri. Sed nō ut stultī itelligūt absolute cōfiteri debemus.Impossibilia.n.q̄ pugnātiā cōtinēt de⁹ facere nō pōt.Sed oīa q̄ uerbū hñt.i.q̄ sine pugnātia mēs cogitat, deus efficere pōt.Nō ergo minus est possibile o sancta Virgo ut deo iubēte sine uiro filiū in utero cōcipias.q̄ alia mulier p uirū,qa pōt deus utrūq̄ si uelit, non est

non est deo difficilius cōceptū dare sterili,q̄ fœcūdæ,uetulæ,q̄ ætate florenti, Aeque oīa pōt,qd tu p tuā sapiētiā optime nosti,Acqesce igitur rōni uerbum in mente forma,firmiter crede deū q me misit ad te uelle id p̄stare quod per me tibi promisit,cuius rei gratia me ad te oratorem destinauit.In hanc sententiam paucis uerbis angelus perorauit,qui a principio dicere inceperat Aue &c.

¶ De sapientissima & modestissima Virginis responsione.

Ece ancilla domini fiat mihi secūdum uerbum tuum,Restat audire uirginis responsionem,quæ certe eo est mirabilior quo uerbis breuior,
e sententiis copiosior,fructu suauior.Discite,ante oīa matronæ, discite Y
uirgines non esse loquaces,breuiter respondere,humiliter & ad integrū propositis satisfacere,audite Mariam & diligenter attendite q̄ paucis,& q̄ modestis uerbis satisfaciat oratori.Ecce ancilla dñi. Scio o Gabriel oēm creaturam plus esse oportere deo subditam q̄ dño seruum. Scio dei uirtutē æque omnia posse q̄ uelit & q̄ simul in re creata stare p̄nt illū posse simul efficere. Aeque em̄ oīm dñs est,oīaq̄ illi æque sunt subdita æque indelebili,æque immutabili seruitute.Quia non iure belli,i.hoīm feritate,aut perfidia q̄bus bella gerūtur nec p̄ter nec contra institutum naturæ hæc seruitus constat,sed indissolubili lege naturæ,quam non bellica tempestas superinduxit,sed trāquillitas pacis immutabilis solidauit,cui inuiolabili legi & ineuitabili q̄ fuerit creatura p̄stantior,obsequētiorē esse necesse est.Memini & me o Gabriel dei mei creaturam ab eo mente rōneq̄ donatā,si quas ille gratias superinduxit recensere uelim,dies me deficiet.Pro eis me teneri arctius & feruentius obedire debere libens profiteor,& constantissime uolo o Gabriel qa dixisti Aue, & me regia salutatione dignam existi.nasti,fortasse pro tua modestia benefeceris,sed mea sententia ancilla sum,non regina,Ecce ancilla promptissima oīm optimo iure ancilla dñi qui te misit.Quia dixisti gratia plena.Ante tuam salutationem & legationis expositionem noueram me plus gratiæ assecutam q̄ sperare debuerī uel optare.Nūc uero orōne tua plus mihi tribui cognosco q̄ capę sufficiat cœlum & terra.His igitur qm̄ uiribus meis satis esse nequeo,mētis promptitudine,& seruiendi desyderio dei uoluntati me totam dedo.Fiat mihi,non facere confido tam grandia,fiat in me dei beneplacitum.Quia uero dixisti,Dñs tecū, & pro sua clementia ille (ut dixisti) mecum modo incomp̄hensibili esse dignatur,essem profecto inexcusabilis nisi dño tam gratioso parerē. Absentia nāq̄ principis aut præsentia non cognita negligentiam obsequii potest in subdito excusabilem reddere,nunc autem mihi dñs præsens est & mecum est,id uero ego ignorare non possum a te nuncio tali ac tanto de his sufficienter edocta, Quia dixisti,benedicta tu in mulieribus.Non ego me cæteris præfero fœminis ad imperium,sed pro omnibus hominibus exhibeo ancillam ad obsequm, B
quibus ut prosim,Fiat mihi secundum uerbum tuum.Hæc tua legatio mihi et uniuerso humano generi salutaris,quatenus omnes homines tuæ annunciationis & mei consensus,mei cōceptus,& partus beneficio,secum inuicem, cum angelis sanctis,cum domino deo nostro,pacem hic acquirant per gratiam, & functi uita mortali,fœlices perfruantur æterna. Amen.



DE NATIVITATE DOMINI IESV SERMO CHORDA SECVNDA

V Idimus gloriã eius,gloriã quasi unigeniti,a patre plenũ gratia & uerita te,Ioãnis primo.Gloriã & fœlicitatẽ nostrã,gloriã sanctorũ angelorũ, gloriã dei pris oipotẽtis filii & spũs sancti,quã Gabrielis ministerio & sãctissimę uirgis cõsensu,secretis in penetralibus inchoatã supiori sermõe mõ strauim⁹,de⁹ ipe cũctis gẽtib⁹ hodie palã fecit.Qm unigenitũ suũ Spũs sancti uirtute ĩ sanctissimę uirgis utero hoiem factũ,auctũ & nouẽ mẽsiũ tpe matura tum,inde q̃si de suo thalamo spõsum eduxit,& in forma hois infantulũ p̃sepis angustia

T anguſtia circũdauſum paſtoribus p angelos,magis p ſtellã demonſtrauit.Fu erat ſup oĩa q̃ dicere uel cogitare hoĩes poſſunt excellentiſſimũ hoĩbus pri uilegiũ,deum hominẽ fieri,& in utero uirginis ſalua utriuſq; naturæ ueritate utrunq; contineri.Sed hoc ipſum qm̃ in occulto erat,gratiam ſalutem au gloriam ad nos pertinere non poteramus agnoſcere,niſi de matris utero naſcẽs deus ſimul & homo,cum hoĩbus in terra uerſaretur ut homo. Eſt igitur ope p̃cium poſt annunciationis.i.Saluatoris noſtri conceptus celebrata gaudia nã tiuitatis eius gloriam recenſere.Qm̃ ut annunciationis myſterium noſtræ ſa lutis origo.primũq; principium eſt,quandoquidem uitæ & operum domini noſtri Ieſu Chriſti hic fundamenta ſunt iacta,ita natiuitas quam colimus,hęc ipſa nos facit intueri.Hoc eſt quod Ioannes euangeliſta pro noſtri ſermonis argumẽto ꝓponit.Vidimus gloriã eius,gloriã quaſi unigeniti,à patre plenũ gratia & ueritate.Quæ ſentẽtia qm̃ biptita eſt,bipartitam orationem de glo ria natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti nos habere perſuadet,quæ ſit,& un de ſit in medium adducendo.Quæ ſit huius natiuitatis gloria euangeliſta no ſter pro æternæ geniturę ratione altiſſime ſcripſit dicens. In principio erat uerbum,q̃uouſq; dicit.In mundo erat.Inde generationem temporaneã proſe cutus eſt,uſq; dum dicit.Verbum caro factum eſt.Cõcludit tãdem de utraq; dicens.Vidimus gloriam eius,gloriam quaſi unigeniti.A quo uero ſit,& per quæ fiat paucis poſtea abſoluit,à patre dicens,plenum gratia & ueritate.Gra tia ſecundum hominem.Veritate ſecũdum deum,hic qui natus eſt hodie ple nus à patre luminum,gloriam ſuam per hæc duo,gratiam.ſ.& ueritatẽ,ubiq; gentium celeberrimam,& ſuper omnia fulgentiſſimam comprobat.

Aec iam ſigillati à Ioãne diſcamus magiſtrorũ optimo,quippe qui h ab ipſa ſapientia dei domino Ieſu edoctus eſt omnem intelligentiã ue ritatis.Dico Euangeliſta præ cæteris deo chariſſime,dic ſapientiæ ra V diis illuminatiſſime,dic de ſacro dominici pectoris fonte fluentis euangelii,q̃ lætificant ciuitatem dei ſaciate pleniſſime,dic quæſo, doce nos ſupplico,q̃ ſit hæc gloria quam uidimus.Sumus enim tenebræ,& tantam lucem non comp hendimus.Tu Ioannes miſſus à deo,ut teſtimoniũ phibeas ueritati,q̃ licet lux non ſis,tñ lucis teſtis es,& certiſſimus index,indica nobis q̃ ſit hæc gloria.Res eſt altiſſima o filioli,quam niſi fides credat,ſermo non explicat.Timẽs ac tre mens ad tantam lucem indicandam uobis accedo,ne forte fulgor eius oppri mat nos.Scrutator quippe maieſtatis opprimetur a gloria,ſi pro rei dignita te loqui uoluero,ego deficiam,uos certe aut nihil penitus accipietis,aut capiẽ tes aliquid dirumpemini.Totus etenim mundus tãtæ ueritatis gratiæ ue ſcin tillam capere non poteſt.Si minus aliquid dicere aggrediar,iniuriã faciã tãtæ maieſtati,ſed quoniam ad hoc miſſus ſum (Nam fuit homo miſſus à deo, cui nomẽ erat Ioãnes,hic uenit in teſtimoniũ,ut teſtimoniũ phiberet de lumine) Pro tenuitate mea quo me fungi efflagitatis fungar officio.In primis tamẽ de me ipſo teſtimonium meum attendite,Non erat lux,ſed ut teſtimonium per hiberet de lumine. Aperte hoc loco Ioannes ſe lucem eſſe negat,lucis uero non ut magiſtrum, ſed quaſi teſtem ſe indicem profitetur, illamque cum

timore ac tremore nobis manifestare promittit hac lege,ut si quid luminis p ceperimus,non à Ioanne nos id habere existimemus,sed ab eo qui est lux uera,quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

X Cic multos de Ioanne Baptista exponere hoc quod dicit Euangelista Fuit homo missus à deo.Quã sententiã pro doctorum auctoritate & sapientia,q illam tradiderunt,suscipiendã & retinendã existimo,& ego colo,ita tñ ut mihi liceat (qm dominus pstare dignatur) euangelistam de se ipso decẽtissime locutum intelligi posse. Vltimus hic oim euãgelistarum scripsit euangelium rogatus ab Asiæ episcopis.Neq uero horum gratia tm,sed cum uideret Corinthii & Hebionis zizaniis malarum hæresum domini sabbaoth triticeam messem contaminari,illis asserentibus dominum IESVM Christum nõ uerum deum,non uerum hominem,sed phantasticum aliquid extitisse,ad homines tamen in melius reformandos de cœlo missum,zelo fidei feruidus & nihilominus suis uiribus non confisus indito Achaicis ecclesiis ieiunio,& episcopis presbyteris & populo simul instanter orantibus,ut illi largiretur dominus scribere euangelicam ueritatem,unde Corinthii & Hebionis mala dogmata exirpari,& in fasciculos mitti ad comburendum ualerent,scribere cœpit euangelium,ubi post incomprehensibile principium.s.In principio erat uerbum,& uerbum erat apud deum,& deus erat uerbum,hoc erat in principio apud deum,omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil quod factum est,in ipso uita erat, & uita erat lux hominum,& lux in tenebris lucet,& tenebræ eam non comprehenderunt.Quis tam impenetrabiles sapiẽtiæ ueritates adduxit in lucem,& cum adduxerit cum humilitate & modestia manifestat dicens.Fuit homo missus à deo cui nomen erat Ioannes, qui.has tantas talesq de prima ueritate sententias scribere cœpit. Cur dein de scribat,edisserit,Venit enim in testimoniũ, q testis missus est, Vt testimonium perhiberet de lumine ueritatis.Nõ erat ille Ioannes qui missus est lux sed missus erat à luce,ut testimonium perhiberet de lumine.Quasi dicat,non ego illumino,sed luminis testis & index accedo. Humilitatis autem & modestiæ gratia loquitur de se ipso,quasi de tertia persona,instar Moysi penthateucon describentis,ne iactanter de se scribere uideretur. Hunc ego sensum adducere non auderem,nisi idem Ioannes illum bis circa finem sui euangelii in principio epistolæ canonicæ,& in exordio Apocalypsis aperte conscriberet.In euangelio nempe de quo narrare proponat ostẽdens,ut scripsit.Verbum caro factum est,& habitauit in nobis.Qua ratione hanc tantam nouitatem & inauditam ueritatem scribere,& eidem attestari audeat,mox adiungit dicens.Vidimus gloriam eius,gloriam quasi unigeniti à patre,plenum gratia & ueritate.Testimonium de solo auditu non sufficere,& testẽ de uisu,de propria præsentia,deq conteste deponere ad faciendam fidem,spiritu sancto illuminante Ioannes edoctus eodem spiritu sancto ductus ad scribendum,& attestandum Christi diuinitatem dixit.Vidimus &c. Vbi si Ioannem Baptistam solum testem adducere uoluisset,concinnius erat dicere,uidit. Sed quia se testem,& Ioannem Baptistam contestem,spiritu sancto iubente adducere proposuerat.

proposuerat,Ideo dixit. Vidimus,uterq.s.nostrum Ioannes Baptista & ego. Quia igitur subsequenter dicat idẽ Euangelista.Ioãnes testimoniũ phibet de se ipso,& clamat dicens.Hic erat quẽ dixi,& plura subnectat,scribat q Ioanne Baptista de Christo prędicata,& Christo exhibita non ideo negare oportet ipsum Euãgelistã sq testẽ asserere.Qñquidẽ p unicũ testimoniũ Corinthi & Hebionis dogma puersum cõfutari non poterat.Duorũ aũt de uisu,deq scientia concors testimoniũ,insanã hæresim detegere,& confutare sufficiebat. Horũ igitur non ignarus Ioannes,consulto dicit.Vidimus gloriã &c.Adhuc ne ambigi posset,Ioannẽ quasi testẽ ad scribẽdũ Christi diuinitatẽ accessisse statim post crucẽ mortẽq saluatoris enarratã adiungit.Et q uidit testimoniũ phibuit,& ille scit quia uera dicit,ut & uos credatis.Narrata porro resurrectione dñi Iesu,cum libro finẽ imponeret,quasi pro fide scriptorũ suum nomen adiiciens scribit.Hic est discipulus ille q testimoniũ phibet de his,& scripsit hęc.In principio q̃q epistolę suę,q̃ inter canonicas numeratur,ne in asserenda euangelica doctrina testis officiũ recusare uideretur,ita scribit. Quod fuit ab initio,q̃d audiuimus & uidimus oculis nostris,q̃d perspeximus,& manus nostræ contractauerunt de uerbo uitæ,& uita manifestata est,& uidimus & attestamur,& annunciamus uobis uitã æternã,q̃ erat apud patrem & apparuit nobis.Cui sententię plane & aptissime concinit eiusdẽ Ioannis initium scribendæ apocalypsis,dicẽs.Apocalypsis Iesu Christi,quã dedit illi deus palàm facere seruis suis,q̃ oportet fieri cito,loquens p angelum suum seruo suo Ioãni,q testimoniũ phibuit uerbo dei, & testimonium Iesu Christi q̃cunq uidit Cur nunc me pigeat interpretari de Ioanne euangelista illum locum.Fuit homo missus à deo,cum ipse Ioannes iuxta finem,& in fine euangelii,& in præfatione epistolæ canonicæ,& in exordio Apocalypsis,hanc meam interpretationem tam aperte conscribat,ut qui me huius loci uerum interpretem negant.Ioannes ipse conuincat. Post hanc igitur meam ut uidebitur fortasse interpretationem,sed ut ueritas habet,Ioannis Euangelistæ de se ipso narrationem.Quoniam idem Ioannes ad domini Iesu Christi diuinitatem reuertitur ostendendam dicens.In mundo erat,& mundus per ipsum factus est.Nos etiam ad id redeuntes,unde orsus est Ioannes,huius natiuitatis quę sit gloria ab eodem Ioanne discamus.Illum audite.

¶ Noui & ueteris instrumenti initiorum concentus.

Z

In principio erat uerbum. Ante oĩa uideamus quomodo testamẽtorum ueteris & noui initia sibi respondeant. Dũ uetus ordiretur dixit i Moyses.In principio creauit deus cœlũ & terrã.Dicit Ioannes dũ nouum fundat.In principio erat uerbũ.Moyses.Terra erat inanis & uacua.Ioannes.Verbũ erat apud deũ,& deus erat uerbũ.Moyses.Tenebræ erant super faciem abyssi.Ioannes.Quod factũ est in ipso uita erat,& uita erat lux hominũ & lux in tenebris lucet. Moyses.Spiritus dñi ferebatur super aquas.Ioannes Et uerbũ caro factũ est. Vter istorum altiori orsus est tono? Vter solidiora iecit fundamẽta? Qm ex initiis (q̃d dici solet) subsequẽtia facile dignoscũtur,

& ex illa mosaica testamētū uetus, carnalibus hoībus figura fuit, & quasi umbrā ptransiens, non mirū si à mutabili creatura sumpsit exordiū, & corporū digestionē, dispositionē, ordinē ante oīa demonstrat. Nouū uero testamentū
A qa fulgor est luminis spiritualis & sempiterni, spiritualibus q̄q; traditū est uiris manens in æternū, à spiritualibus, ab æternis, & penitus immutabilibus incipere debuit. Nemo hic miretur si ab euangelio Ioannis nouū testamentum initiū habere a me scriptū inuenerit. Scio ante Ioannē, Matthæū, Marcū, Lucamq; euangeliū scripsisse, sed & ipsum Ioānē ante euāgelii historiā, pphetiā apocalypsis (inscrutabiliū diuinorū secretorū pelagus & abyssum) scripsisse me non fugit, & nihilominus nouo instrumento euangeliū Ioannis initiū dare dubitare nō possumus, qn̄ inde incipit euangeliū ordiri, unde fidei christianæ prima fundamenta sunt iacta. Tres euangelistę priores, Matthæus inquā Marcus & Lucas à tpanea dn̄i Iesu Christi natiuitate historiā texunt, Christū aūt hoīem fuisse, & Mariā matrē habuisse, nemo negat. Ipsum uero dei patris filiū, & uirtute spūs sancti de matre in tpe genitū & natū sola fides p̄dicat christiana, & solidissimū hoc habet fundamentū. Sup̄ q̄ totius nostrę catholicæ religionis structura cōsurgit. Ioannes igitur q ante oīa hoc ipsum fundamentū
B stabilire aggressus est, meritissime nouo testamento principiū dedisse p̄dicatur. Neq; uero iccirco noui instrumenti pagina p̄postere traditur, qm̄ sapientissima mater nostra, sancta catholica ecclesia paruulis ab initio lac dare iccirco constituit, qa solido cibo uesci nondum poterant. Quis. n. energuminus cathetizari cupiens ad christianam fidem consequendam, quis in q̄ durus, impurus, rudis, gentilium deliramentis imbutus, emoliri, purgari, poliriq; desyderās moribus christianis, statim feratur. In principio erat uerbum, quod baptizati & exercitatissimi theologi tam multi simūl omnes digerere nequerunt.

Ed redeamus unde discessimus, & q̄d Ioannes, q̄d Moyses p̄fantes dixerint discutiamus. Dixit Ioannes. In principio erat uerbū, Dixit Moi
C ses. In principio creauit deus cœlū & terrā. Est ne utrinq; dictu idem in principio? Minime, Quinimmo nō minus hæc distant q̄; finitū ab infinito sit remotū. Principiū nanq; in q̄ erat uerbū oīm principiorū principium est, à nullo principiabile, oīm finiū finis est, à nullo finibile. Est in q̄ principiū a quo oīa prodeunt, p̄ q̄d fiunt oīa, & in q̄ manent oīa, ad q̄d oīa tendunt. Non sic Moysi se habet principiū. Est. n. ut sic dixerim principiatū, ab hoc ipso princi-
D pio de q̄ loqtur Ioannes, ut sequentia manifestant. In principio creauit deus cœlū & terrā. Quid sibi uult hoc? nisi q̄ oīm creatorū primū sunt cœlum & terra? Primū uero creatorū (qa creatū esse nemo dubitare pōt nisi desipiat) principiū de q̄ Moyses loqtur, creatū à principio p̄ nostrū euangelistā descripto cōfiteri cōpellimur, q̄d si durationis alicuius initiū asseueres Moysen esse loquutū, qn̄ dixit. In principio creauit deus cœlū & terrā, ut dixisse uoluerit, primo æuo incipiente. Vel in principio temporū deus creauit cœlū & terrā, illud æuū constabit esse creatū, qa tunc primū incipe describitur, cū deus creauit cœlū & terrā, & q̄d cū creato incipit esse, creatū siue aliunde formatū esse
E necesse est. Audi nūc euangelistā. In principio erat uerbū. Nullā creationem

nullam

nullam nouæ rei p̄ductionē intelligere potuisti. Erat dicit, non fuit, non fuerat, non erit. Erat sonare dicimus, q̄d nondū p̄teriit, & ptm̄ tn̄ spectat, ita ut rei pmanentiæ cū respectu tn̄ ad p̄tereuntia euāgelista significaret, oppōsite scripsit erat. Sed qn̄ erat o euangelista? Semper. Quia erat in principio oīm. Nō igitur aliquando aduenit, neq; profecto primo principio aliquid nouum accedere potest, cuius non est spectare futura, uel amissa conquirere. Erat in principio, quod non habet, fuit, quod caret fuerat, quod erit recipere nequit. Erat semper in principio primo quia inde excludi nunquam potest.

¶ De Verbo.

Vid primū erat in hoc primo principio o euāgelista? Verbū. Memi
q ni me pollicitum superiori sermōe plane monstraturū q̄d apud theologos, q̄d inq̄ in christiana disciplina uerbum significare sit solitum. Sed si uerbi huius de q̄ Ioānes loqtur rationē à me expectatis, fallimini oīes, non est meum dare uobis, non ego sum tanti, nouit & potest id p̄stare solum oīm primum principium, q̄d hoc uerbum plane nouit, & totum hēt in se, & semp hēt, & continet totum, & est ipsum uerbum. Declarabo p̄ uiribus q̄d sit creatum uerbum, inde uerbi huius increati rationē (si p̄ ut idē dederit) in medium afferā, neq; p̄ substātiā, sed per umbrā. Quis. n. increati uerbi splendorē ferat totum, ad q̄d cōcipiēdū (ut superiori tractatu habitū est) sanctæ Mariæ
F uirgini, plenę iā gr̄a, uirtutis altissimi umbra fuit necessaria. Multa & fere oīa aialia motum hn̄tia hn̄t uocē, si modo pulmone non careāt, uerbum iter illa hēt solus homo. Quid ita? Qm̄ uerbum mēte. i. certa ratione formatur, & in mente sola recipitur. Bruta igitur qm̄ dāt sine mēte sonum, sine uerbo esse notissimum est. Licet. n. affectus suos uoces indicare uideātur, qa tn̄ non certa aī ratione, sed mera sensuum passione momētanea hoc faciunt, hēre uerbum dici non debent, Remoue tu q̄d eorum urgebat affectum, remoue inq̄ q̄ in illis irascibilē aut concupiscibilem excitāt appetitū, cessabunt reddere uoces, Nō est igitur garritus auium, aut sibilus, non iumentorum mugitus, hinnitus, aut balatus, non ferarū rugitus aut stridor, non q̄libet uox bruta uerbi nuncia, sed passionis. Verbum autem à mente est, & manet in illa, per uocem uero ei⁹ in q̄ natum est, & per audientis aurem q̄si uehiculo transferetur. Vt alibi id est in mente audientis per ista esse incipiat, et ubi prius erat esse non desinat. Sola igitur uox hoīm uerbi nuncia inter aīantium uoces, solum os hoīs ad uerbum manifestādum uehiculum est extremū. Ipa tn̄ uox hoīs uerbi nomen ideo sortita est, qa illud uehit. Est hic opep̄cium intelligere (qm̄ mentem uerbi parentem, & sedē diximus) eos q mente magis excellunt, q sensibus & corpis motibus minus occupātur, meliora & aliora uerba in mēte concipe & parturire, de ea parere, & ex ea emittere, q̄ nit ut q hoīes minus passione feruntur, q inq̄ minus aguntur sens⁹, plus ualeāt intellectu, & meliora uerba forment, cōfoueant & eructēt, altiora loquantur & saniora. Fit etiā ut animę hoīm exutæ
G corporibus. uel q̄ corpora resumserūt spiritualia id est legi spūs libenter & sine murmure, sineq; difficultate obtempantia (qa ueritatē lucidi⁹ intuētur) meliora longe uerba habeāt, q̄ q̄ sunt in corpe corruptibili, q̄d aīam aggraua

re experimento ſentimus. Fit etiã ut ſancti angeli q̃ mole corporis nullã tenus degrauantur, qui nullas aĩales ſentiunt paſſiones, qui ſola ratione feruntur, uerbum ſemper habeãt æque perfectum ſecundam ſe, noſtro uerbo longe perfectius. In hoc enim ab angelis paulo minores facti ſumus, q̃ uerbum eorum ſecundum ſubſtantiam ſemper eſt idem, licet pro rei mutatione quandoq; uarietur in illis. Noſtrum aũt ſuapte natura uariari cõtingit, & penitus tolli. At primum principium angelos & homines creans atq; conſeruans, quoniã eſt mens ſine fine, uerbum habet penitus immenſum, unicum ſemper, & penitus inuariabile, nullam additionem accipere potens, quoniam eſt immenſum, & immẽſi eſt augeri minui ũe non poſſe. Pugnant enim immẽſum eſſe & creſcere, neq; minus pugnant inter ſe augeri non poſſe, & poſſe minui. Triplex igitur uerbum eſſe iam conſtat, Humanum, Angelicum & Diuinum, his commune eſt à mente procedere, rei p̃ſentis ſimilitudinem p̃ferre, præſentem illã tenere, & per notitiam conſequutam eiuſdem rei eſſe præſentiam.

¶ De Verbo hominis.

Vid ſit nunc humanũ uerbũ, q̃d angelicum, & q̃d diuinũ non ſit, ſigillatim cõſyderemus, ut intelligamus q̃tum fas eſt, quale ſit, immo quale non ſit uerbum, quod Ioanne docente erat in principio. Et in primis humanũ uerbũ q̃m eſt infimum, nobiſq; domeſticũ examinemus, ut deinceps ad angelicum aſcendentibus, diuinum ſaltẽ de longinq̃ nobis aſpicere liceat, & uidere q̃d non ſit. Verbum humanũ eſt p̃ſentia ſpiritualis obiecti in mente hois formata & per obiecti ſpiritualem ſimilitudinem, mentiſq; uigorem mẽti indita, unde obiectum diſcernitur à mente, & illi p̃ſens manet ſecundũ notitiam conſequutam. Nemo putet ad metam logicæ diſciplinæ eſſe hanc diffinitionẽ aſſignatam, ubi idem bis dicere diffiniendo non licet. Per quattuor tñ cauſarum genera. humanum uerbum eſſe circumloquutum exiſtimemus. Videt infans inter multos homines patrem ſuum, quem tamen non ſolum p̃rem appellat, ſed & multos alios. Quid ita? Quoniam mentis adhuc caret officio, ut beneficio paternæ præſentiæ utens, mentiſq; uigore, patris ſimilitudinem in mente compingat, qua ſimilitudine adiutus, cum uult patrem diſcernat ab aliis. Creſcit hic infans, & iam rationis compos effectus, non tãtum lineamẽta cõia paterni corpis, ſed propria & in primis paternę faciei figuram examinat. Deinde inceſſum, corpaturã, uocẽmq; conſyderat. Ita q̃uis patris faciem, nondum uideat, patrem tñ intrantẽ domũ audita tius uoce dignoſcit, neq; iã alios uiros patres, ſed unũ & unicũ agnoſcit & meminit. Hunc ſi interroges patre etiã longe remotiſſimo, qs tibi & qualis eſt pater? Rñdebit ſine mora. Iulianꝰ mihi pater eſt, facie oblõga, rubicũda, bãrbata, ſtatura ꝓcera, uoce clara, ſermone frequẽti, totq; in unũ cõgeret q̃litates, ut alius iã itelligi neq̃at illi p̃ eẽ, q̃ cuiꝰ ſimilitudies in mẽte retinet adunatas. Hoc ego dico uerbũ q̃d. ſ. puer de ſuo p̃re in mente ſibi formauit. Formauit aũt bñficio paternę p̃ſentię. Niſi. n. patrẽ uidiſſet, nũq; ſuæ mẽti eiꝰ ſimilitudinẽ ĩdidiſſet. Quod dixi de infante & puero, nũc de adultis experiamur. Vult Socrates diſcere muſicam, examinat uoces, ſonorum numeros inueſtigat, comperit ex his naſcentes harmonias,

mente ſignat, & iuxta illas de uocibus, & de ſonis regulas format, ad quas modulatur uocẽ & ſonũ. Muſicę uerbũ ita Socrates acqſiuit. Sic de qualibet diſciplina liberali, ſic de medicina, ſic de qualibet arte mechanica licet experiri. Nunc datę deſcriptionis partes ꝓ hęc ipſa exẽpla declaremus. Intellectũ puer de ſuo patre, ꝓpriã notitiã acqrentis. Intellectũ itẽ Socratis, multicas ſones uel artiũ quarũlibet metas & modos conqrere ſtudentis, mentẽ uoco. Ita tñ q̃ ſolus intellectus mens nõ ſit tota, ſed idẽ cũ uolũtate totã cõpleat. Volẽs, n, & puer & adultus ſtudiũ apponit ad illã q̃ diſcimus cõſequenda. Mens ergo cum noĩatur, intellectũ cũ uoluntate cogitate. Patrẽ obiectũ menti pueri concipiamus. Q̃m quaſi obiicitur, ſiue obuius ſit menti ſe exercenti ad conqrẽdas ꝓprietatũ ſimilitudines ſpirituales illius rei circa quã ſe exercet. Sic ſonũ uel uocem obiectum menti Socratis agnoſcamus, dum muſicę ſtudet. Sic corpus hoĩs, ſic adminicula q̃bus conſeruatur ſanitatis tempore. Remedia etiam quibus inſtauratur lapſum, obiectum eſſe menti medicinã diſcere cupientis intelligamus. Sic reliqua circa q̃ uerſantur liberales diſciplinæ, & q̃ mechanicæ facultates uerſant, mentium illas diſcentiũ aũt exercentiũ ſe ſecundũ illas obiecta eſſe perſuaſum ſit. Similitudo porro horũ obiectorum menti acquiſita, & in illa retenta, unde mẽs iudicat de obiecto eſt profecto ſpiritualis id eſt nõ longa, non lata, non profunda, non ponderoſa, hæc. n. mentem q̃ ſpiritus eſt ſubintrare non poſſunt. Q̃nquidem ſuſceptũ opus ſit ſuſcipienti eſſe conforme. Quare lapis non eſt in aĩa, ſed ſpecies lapidis. Imago igitur q̃dam rei q̃uis corporeæ, carens lineis, carens pondere, carens calore, & illa oĩa nihilominus (ut experimur) p̃ferens, eſt quam humanũ uerbũ diffiniens, ſpiritualis ſimilitudinis noĩe nuncupaui. Hãc porro ſimilitudinẽ duo menti imprimunt. Obiectum à q̃ ſimilitudo illa deciditur, & mẽtis uigor, cuius uirtute recipitur & retinetur. Hinc naſcitur in mente obiecti p̃ſentia, dum mens prõpta eſt, per retẽtam ſimilitudinẽ quale ſit obiectũ, etiã ſit abſit, palàm facere, & dũ aderit de illo iudicare. Hoc ultimũ id eſt p̃ſentialitatis ratio rei cognitæ, ſpiritualis ſimilitudinis beneficio, conſeruata in mente hoĩs, uerbũ humanũ à theologis exiſtimatur. Cauſa igitur per quã, ſecundũ quã, ſiue formalis uerbi humani, eſt ipa p̃ſentialitatis ratio. Cauſa de qua ſiue materialis eſt ſpecies, ſiue ſpiritualis ſimilitudo, ex qua fit ipſa p̃ſentia. Cauſa efficiens, ſiue unde motus, mẽs eſt, & obiectum. Cauſa cuius gratia ſiue finalis eſt noſce obiectũ, & ſic habere p̃ſens ꝓ notitiã, ut de illo q̃n uult iudicet, & circa illud opetur intelligendo atq; uolendo. Sed q̃a dum ſumus in hoc ſæculo nihil intelligimus per ſuimet ſubſtantiã, q̃n per ſenſus exteros & phantaſmata inde ſuſcepta interius conſeruata, examinata, & quaſi cribro excuſſa, tandẽ mentis acie intelligere nos oportet, & uerba formare (ut ſic dixerim) legitimũ uerbũ noſtrũ eſſe non poteſt. Licet .n. in mente quaſi matro legitima concipiatur, & ab illa formetur, tñ à rei ſubſtantia q̃ ex parte legitimũ eſt generãs non procedit, ſed à ſubſtantiæ accidẽtibus ꝓcreatur. Hinc uenit q̃ ſi duo obiecta ualde ſimilia, puta duo oua, aut duæ nuces, eiuſdẽ coloris, magnitudinis, ponderis & figuræ, mẽtibus noſtris occurrant, uno nunc nobis oſtenſo, deinceps alio, poſtea ſimul utroq;, quod

prius oſtẽſũ fuerit nõ ſatis plene iudicemus,ſed unũ ſæpe pro alio accipiamus
Non.n.eorum ſubſtantiæ (q̃ legitimus parens notiæ eſſe deberet) mens no
ſtra ſe iũgit,ſed accidentibus ſibi inuicẽ ſimilibus,ſubſtantiæ uero penitus ex
tra)eis.Quæro quæſo ſi cuprũ aut æs archimiſta,auri argentiue ueſtiuerit ac
O cidentibus,q̃d eſt cuprũ aut æs,argentum aut aurũ eſſe mens noſtra concipi
et? Niſi quia ab adulterino progenitore,adulterinã & falſam iudicii ſobolẽ
(quod uerbũ diximus) naſci neceſſe eſt.Ita uerbum noſtrũ,q̃d à rerum crea
tarũ accidentibus,& à noſtræ mentis ãcie hic formatur in nobis,falſum eſſe
P ſæpe contingit,quod ſi fuerit uerum aliquando,perfectum eſſe certe nunquã
poteſt, Verbum uerum quod per fidei chriſtianæ diſciplinam concipitur,lõ
Q ge pfectius eſt, & fallere nunquã poteſt,qm̃ eo parente procreatur, qui licet
euidentiã minime p̃ſtet,qa nõ uult,errorem tn̄ aut falſitatem uel deceptionẽ
afferre non poteſt,qm̃ ueritas eſt prima,atq; ſyncæra,cui falſitatis macula ap
propinquare non poteſt. Adhuc uerbum hoc noſtrum à mente q̃ illud par
turit,degener quandoq; fieri contingit,ſi parens fuerit flagitiis inquinata.
Nanq; menti hoĩ q̃d & uaſis uinariis ſæpe cõtingit.Vinum q̃tumlibet odo
R riferum & purum,uegetũ tetro odore contaminatę immiſſum,mox inficitur,
& ſaporem bonæ naturæ commutat in tetrum. Sic lac cũ bene nutrire ſit ſo
litum.in male diſpoſito ſtomacho mox aceſcit, putreſcit, & in malos humo
res ſtomachi uitio commutatur,unde bonum nutrimentum fieri debuiſſet.
Ita in mente mali hominis ſe res habet.Quamuis enim quæ peruerſus uidet,
quæ ue audit bona ſint,tamen in eo uertuntur in malum.Sic uidebit machina
tor ſcelerum duos colloquentes,qui reuera boni ſunt uiri, & non niſi bona
pia q̃ loquuntur,ſuſpicatur tamen illos aliquid machinari.Quid ita? Qm̃ &
ille machinator eſt.Sic uidet luxuria ſordidus uirũ aliquẽ ac mulierem q̃tum
libet continentes, loco honeſto,modeſta facie,ſimul habere ſermonem,mox
cachinnatur,exiſtimans illos talia uerſare ſermonibus,qualia ipſe uerſare mẽ
te ſolitus eſt. Videt iracundus zeloq; uindictæ perditus, quem ſibi ſtatuit ini
micum forum aut eccleſiam adeuntem,mox manũ capulo enſis apponit,qua
ſi qui nihil minus cõgitat q̃ cędes & uulnera illum quærat ad necem.Comper
tum eſt latronem,uel de alio ſcelere ſibi cõſcium,duos colloquentes procul
aſpicientem,& quid loquerentur penitus ignorantẽ,de ſe,de ſuo ſcelere cre
didiſſe illos ſimul habere ſermonem,& ad negandum quę dicerẽt acceſſiſſe.
Ita dum hi aliud agunt,& hic aliquid rebus ſuis conducens,agere putauit, ſuo
malo uerbo detexit crimen. Didicimus pueri.Conſcius ipſe ſibi de ſe putat
oĩa dici. Vt ergo cũ Dauid dicere poſſimus.Eructauit cor meũ uerbũ bonũ.
S Ante oĩa bona,mẽte nobis eſt opus,Mens em̃ uerbo noſtro plus eſt q̃ ma
ter.Illa ſiquid agit ad fœtũ,cum illum maturauit a ſe dimittit.Mens agit ad ſi
militudinẽ ſpiritualẽ de re formandam,ſimilitudinẽ ornatam ſuſcipit,fouet
T maturat, & continet maturatã. Quare bonã mentẽ habere ſtudeamus,ſi ue
ritatẽ cupimus intelligere.Qm̃ in maliuolã animã nõ intrabit ſapientia,neq;
manebit in corpe ſubdito peccatis.Bonã mentẽ nobis dabunt bonorũ uirorũ
conſortia,bonæ confabulationes,honeſtatis officinæ, honeſta negocia. Ita

nanq; bonæ menti bona iungentur obiecta,per quæ bonũ ſemper eructabi
tur uerbum.Et de humano uerbo dixerimus hactenus. Quod quia dum hic
ſumus,id eſt dum peregrinamur,futuram noſtræ manſionis ciuitatem inqui
rentes angelorum uerbo multo minus perfectum eſt.Poſtea uero quam per
uenerimus in patriam illi ferè per omnia aſſimilabitur,ut intelligamus quale
noſtrum uerbum dum beati erimus in patria futurum ſit.Quale modo ſit an
gelicum uerbum nos conſyderare delectet.

¶ De Verbo Angelorum.

St certe bonorum angelorum uerbum,utroq; parente legitimũ.Qñ V
e non ſenſuũ adminiculo,non auxilio phantaſmatum,quæ de acciden
tibus hauriuntur,illi intelligunt,quando ſine omni corporis organo,
per intellectus acutiſſimam uirtutem rerum ſubſtantias penetrãt,& illas fun
ditus intuentes,earum ultimas differentias plane nouerunt,unde iam falli nõ
poſſunt accidentium fucis.Mens inſuper eorũ in bono firmata,nihil iam po
teſt deprauare,quod ſanum in ſe concepit atq; repoſuit.Hæc ut intelligamus
non erit fortaſſe ocioſum adducere quæ & quomodo ſancti angeli intelligãt. X
Intelligũt enim aut creatorem,aut ſe ipſos,aut creaturas eis proximas,aut re
motas ab illis.Nihil enim eſt amplius in uniuerſo mundo quod queat intelli
gi.Creatorem intelligunt,uel per ſpeciem illis concreatam,uel per ipſammet
dei ſubſtantiam eorum ſe intellectibus per ſeſe ſicuti eſt manifeſtantem. Iam
uos conſpicio flagrare deſiderio,quod audiſtis plenius intelligere.Iam uos in
terrogantes intus agnoſco quid ſit hæc ſpecies,ad quid concreata ſit,& q̃nam
modo diuinam eſſentiam ſufficit præſentare,cum hæc finita ſit,illa penitus in
finita.Attendite diligentius dum ueſtris his tam altis expectationibus ſatiſfa
cio.Creauit deus ab initio omnes angelos,ut illum ſuper omnia colerent,co
lere autem incognitum quis poterit? Cognouerunt igitur ab initio ſuæ crea
tionis omnes angeli dominum deum creatorem ſuum,quem ab initio colere
debuerunt,non autem tunc eius eſſentiam mentis oculis aſpexerunt.Non in
quam diuina natura ſe illis ſine intermedio aperte monſtrauit,hoc enim ſolis
plene beatis mentibus tribuendum eſt,cum hæc ipſa uiſio uel ſit beatitudo p
fecta,uel beatitudinis pars maxima in illa cõſiſtat.Vtpote quæ primum ſaltẽ
fundamentum ſit,unde culmen fœlicitatis aſſurgit.Angeli uero ab initio bea
titudinis capaces quidem conditi ſunt,non tamen beatitudine plena in ſua cre
atione donati.Non enim aliqui eorum miſeros ſe ipſos facere potuiſſent, cũ
ſit beatitudo ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus.Securitas ue
ro ſoliditas permanentia,& ut ſic dixerim inamiſſibilitas,ſit in bonorũ poſſeſ
ſione maximum condimentum.Conſtans eſt igitur tam bonos q̃ malos ange
los deum ab initio cognouiſſe.Conſtans eſt etiam diuinam naturã,ſe illis pe
nitus & ſine medio tunc minime demonſtrauiſſe. Cũ uero omnis notitia mẽ
ti acquiratur aut per rem penitus oſtenſam,aut per ſpeciem rei.i.per ſimilitu
dinem in mente perceptam,eſt conſentaneum aliquam ſimilitudinem diuinę
eſſentiæ mentibus angelorum fuiſſe concreatam,quæ illis diuinam naturam
oſtenderet,non quidẽ penitus dare atq; diſtincte,ſed quaſi confuſe & ſubob

ſcure,ut.ſ.deū eſſe cognoſcerēt,qualis uero eſſet pro ſua capacitate nondum plene diſcernerent.Experimur hoc in mentibus noſtris,quibus natura ꝓſua ſum eſt eſſe deſi,qualis uero quantus ue ſit,quo magis cogitamus minus aſſeq̄ mur,minusq̄ explemur acquiſita notitia. Quinimmo intelligendi deſyderiū quaſi exuries cibo odorato nobis famelicis accreſcit. Non enim ille ſe nobis oſtendit aperte,ſed per effectus admirabiles,quos uidemus in mundo imagi namur quaſi per odorē mundi moderatorē quēpiam,quem dicimus deum,

Y Nec̄ tamen hic dixiſſe uoluerī angelos ab initio non melius deū agnouiſſe q̄ nos.Illi enim ſine formidinis ambiguitate deū eſſe cognouerant,nō ſolum creaturas quæ tunc fortaſſe nō erant.Nec̄ per aliquos diſcurſus,quia & ipi fallere ſolent,ut nobis contingit,nihil habentibus in creaturis,quod deū pro prie & ad unguem (ut ſic dixerim) imitetur. Vis hæc melius intelligere? Imaginare in ſpeculo certi hoīs effigiem apparere,liceat oculo tuo illam effigiem intueri,faciē cuius ſimulacrū repræſentatur in ſpeculo uidere non liceat.Alteri uero nec̄ faciē nec̄ imaginē liceat intueri,ſed uoces aliquas,motus & lineamenta quædā perdipere,hominē quidē præferētia,ſed incertū,ita ut ex his accidentibus autumet quiſpiam hoīem aſtare,ſed quis ille ſit penitus ignoret. Adhuc melius ut hæc intelligas finge aliud ſpeculum & hominem laruatum cuius laruæ ſimulachrum repreſenteturin ſpeculo,licebit (ni fallor) ex laruæ ſpecie,figurā̄q̄ membrorū cognoſcere quēpiam hominē eſſe prope,q̄s uero ille ſit iudicare non dabitur,quæ eius effigies,q̄s color, quæ figura ſit, agnoſci plene non poterit.Concreauit deus mentibus angelorū,neſcio quid ſimile ſibi,per q̄d angeli oculus ſpiritualis ab initio deū cognouit quaſi in imagine uiſa per ſpeciē in ſpeculo relucentē,ipſam uero diuinam ſubſtantiā nullus an-

Z gelus plene uidit,niſi poſtq̄ eſt confirmatus in gratia. Nec̄ em̄ deus angelis per ſe ipſum oſtendere uoluit,niſi prius per obediētiam & amorem ſe eius aſpectu dignos illi reddidiſſent.Tenet nēpe uſus ætatis noſtræ,ut ſiqui potētes uiri mulieres in locis ſemotis educatas,quas nunq̄ uiderunt deſpondere ꝓponant,earū imaginē non faciei tm̄,ſed corpis ꝓceritatē,& uenuſtatē oſtendentem,per picturā uidere ſtudeant.Sic & maritorū futurorū,fœminę imagines permittuntur aſpicere,corā uero illos uidere uel alloqui penitus prohibentur,niſi inter illos fides matrimonii ſit firmata.Ita oīpotens deus ſpiritibꝰ angelicis ut primū ab initio conditi ſunt,imaginē ſuam in ſpecie monſtrauit, quam quidē ueluti picturā eorū in mentibus concreauit, ſe ipſum uero facie tenus diſtulit monſtrare,donec ꝓ obediētiā & charitatē, nexu q̄dā fidelitatis illi ſe ſubmitterent.Hanc ipſam creatoris ſpeciē primi parentes acceperant,ſicut & angeli.Prius.n.q̄ creaturas mente diſcernerēt,& ex illis creatorē agnoſcerent,dīnm deū q illis p̄cepta monitā̄q̄ tradiderat agnouerāt,q̄d non niſi ꝓ

A concreatā ſpeciē potuit euenire. Hanc dei agnitionē quā diximꝰ ab imaginis eius ſpecie,non à rei ſiue eſſentiæ q̄ deus eſt,oſtenſione clara ꝓuenire, oēs angeli boni pariter & mali acceperūt ab initio,hanc oēs retinent,& ſemꝑ habebunt,nec̄ ꝓpter peccatū mali angeli illā amiſerunt,non inq̄ aliq̄n deū penitus ignorauerunt.Q̄m nulla culpa fuiſſet tunc penitus ignotū non colere,

& nunc penitus ignotum odio habere,non p̄nt,Habent igitur ab initio mali angeli inditā ſpeciē,ꝓ quā nunc illū timent,tremunt,& eius iuſſibus obtēperare coguntur. Sed hæc ipſa ſpecies in illis obſcurata eſt. Nequitiā tempe eorum quaſi laruā ſuperinduxit. Vnde fit q̄ dei bonitatē in ſpecie huiſmodi non aduertunt.Iuſtitiā uero tantū cogitantes quaſi puniēdi rigorē oderunt ſemꝑ Hæc ipſa ſpecies ſine larua mentibus hominū ſi Adā non peccauiſſet, indita fuiſſet clara atq̄ ꝓfecta,qualem ab initio deus angelis & hominib⁹ infundere dignatus fuerat. Sed quia in Adam peccante obſcurata eſt, nō penitus tamen amiſſa,omnes homines dum fiunt,illā obſcurā accipiunt. Nō enim melius ſe habentem illā aſſequūtur,q̄ primi parentes quando genuerunt potirentur eadē.Hinc eſt q̄ ut primū uſus rationis hominibus accedit,uiget in uniuerſis religionis opinio,& ſtudium colendæ diuinitatis.Hinc etiam eſt q̄ hactenus nulla inuēta eſt tam efferata barbaries apud quā colendi deū aliqua cura non fuerit.Hæc ipſa ſpecies de qua loquimur,fortaſſe fuerit lumē illud q̄d Dauit B cantauit in pſalmis. Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui dñe. Sed inter obſcurationē dęmonicarū mētiū & humanarū hoc interest,q̄ illæ illuminātis beneficentiā nō diſcernunt,& diſcernere amplius nō poſſint,larua iniquitatis & ꝓfidiæ cui quaſi callus obductus eſt,per obſtinationis duritiē prohibente. Iſti uero diſcernūt,quibus inſup obſcuratū̄q̄ eſt nō irrepabiliter,quoniā non ꝓ deſperationis laruā,nō ꝓ obicē obſtinationis irreuocabilē,ſed ꝓ fragilitatis & ambiguitatis obſtaculū impediti ſūt,q̄d fides purgat,ſpes fugat,charitas

¶Species intelligibilis finita q̄modo infinitū poſſit oſtēdere, (exterminat.

q Vomodo hoc lumen,hæc ſpecies,hæc ſpiritualis ſimilitudo finitā cū ſit,deum infinitum repreſentare aut notū facere poſſit,nunc oſtēdere conuenit,q̄d facile fuerit,ſi meminerimus ſculptores minimis lineis, uaſtorū animaliū integra corpora deſignare, etiā latos fundos,montes altos, flumina tortuoſa,maria uaſta,oēm terræ faciē coſmographos una in membranula ante oculos ponere non eſt repreſentandi,oſtendendi, aut motū facien di ratio,commenſurationis lege uincita,non eſt inq̄ neceſſariū tantam eſſe figuram oſtendentem,quantū eſt quod per illam oſtenditur,ſimilitudo in his requiritur,non æqualitas,nec̄ ſimilitudo ad hoc ipſum neceſſaria eſt,quæ ꝓ eaſdem conſurgat qualitates,q̄m omnis pictura,omniſq̄ ſtatuariæ artis opificium rediger etur,ad nihilum,ſi q̄m ſtatuæ uel picturæ non uiuunt, uiuētes homines præ ſe ferre non poſſent,ſi colores carnem,ſi lignū,ſi æs,ſi lapis hominem deſignare,& cōmemorare non poſſet.Eſt inter ſignum & ſignatum conuenientia quædam, q̄titate commenſurante,qualitate adæquante non limitata,ſed quadā (ut ſic dicamus) correſpondentia,quodā ue concentu,plane cōcenta,quā ſi imitationē dixero,q̄d melius dicā uere nō habeo.Ita q̄ ſpecies illa quā diximꝰ,tā etſi diuinę maieſtatis īmēſitati cōpata,minor ſit pulice ad mēſuram mūdi,hēt nihilominus imitatiōis aliq̄d,et quaſi ueſtigii unde dei natura oſtēdere poſſit,nec̄ uero falſum aliq̄d uel falſo oſtēdit,q̄a deitatē totā et infinitatē eius nō ꝓferat,& ꝓferre nō ualeat,ſicut nō fallax eſt pictor dū ꝓ colores & figuras hoīs lineamēta deſignat,& mores mōſtrare nō pōt,nō uires

animi,non uocẽ,nõ ſenſum,nõ inceſſum.Satis iã cõſtet angelos ante peccatũ deũ cognouiſſe per ſpeciẽ concreatam,nũc inſuper per eandem ſpeciem bonos illum agnoſcere ſine larua,malos obſcure,& quaſi per laruam.Secũdum hanc agnitionem certum inſuper ſit deum utriſq; præſentem,& hanc præſentiæ rationem eſſe in angelis primum uerbum.

¶ De ſecundo Angelorum uerbo.

c Ognouerũt angeli fortaſſe etiã ante peccatũ dñm deũ creatorẽ ſuum p creaturas,hoc quale ſit in iam adducto exẽplo conſtabit.Si cogitabimus Socratẽ Platoni agnitũ non p ſuę lineamenta faciei,nõ p effigiẽ uiſam in ſpeculo,uel picturã,ſed p uocẽ,p inceſſum,perq; alia hoĩs habitũ indicantia,hæc quis certi uiri formã neq; demonſtrare,hoĩem tñ oſtendunt. Veluti ſi hoĩs ueſtigia cernas in puluere,hoĩem ꝑteriiſſe cognoſces. Quis ſit aut q̃t ſit iudicare plene nõ poteris.Ita angeli cœlos,ſtellas, ſtellarũ fulgores motus horũ certos,elementa metas ſeruantia,eorũ tam multiplices,tãq; admirabiles mixturas cõſyderantes,cognouerũt fortaſſe uirtutẽ aliquã,hęc oĩa condidiſſe moderariq; continue.Quę uero ſit,q̃ta,& qualis ſit hęc uirtus plene inde aſſeq minime potuerunt.Hãc creatoris p cognitionẽ quã adduximꝰ præſentiam,in ſanctis angelis partam,aliud uerbũ eſſe ſcitote,& ipſam ꝓſentiam creaturarũ obtentã,ſiue per concreatam ſpeciem,ſiue per propriã rerũ ſubſtantiam,uerbũ de creaturis cognitis in mẽte angelorũ eſſe nõ uos lateat.

¶ De uerbo Angelorum perfectiſſimo.

v Bi factũ eſt in cœlo ꝓlium magnũ, ubi Michael & angeli eius uictoriam obtinuerunt,deo ſe p oĩa ſubmittentes,illũ ut par eſt plus amantes q̃ ſemetipſos,non iã quaſi p ſpeciẽ formatã in ſpeculo tm̃,ſed per ſe ipſum deus ſe illis oſtẽdit,& in hac ipſa fœliciſſima uiſione oẽs creaturarũ ideas.i.ſimilitudines eſſentiarũ inſpexerunt,q̃ oĩa & nos in beata uiſione cõtueri licebit,ſi ſtrenue ſtãtes in acie,qm̃ militia eſt uita hoĩs ſup terram,pleni aĩo decertantes,hoſtẽ draconẽ fuderimus,& fugauerimus,ut in cœlo mẽtis noſtræ locus eius amplius inueniri nõ poſſit.Hæc porro dei creaturarũq; ꝓſentia p notitiã de illis acq̃ſitam,mentibus angelicis in diuinæ eſſentiæ uiſione apta p fectiſſimũ eſt uerbũ q̃d habere poſſint,uel deſyderare ſufficiant. Cognoſcũt ꝑterea ſancti angeli ſe ipſos per ſuãmet ſubſtãtiã,ſe illis ſine medio ſpeciei alicuius oſtendentẽ,q̃ ſuimet ꝓſentia,ſibi ipſis in ſemetipſis cognoſcendi rõnes ac quiſita,uerbum eſt in mentibus eorũ.Habẽt igitur ſancti angeli de natura diuina triplex uerbũ,q̃d ſecundũ inchoandi rõnem adducã.Per ſpeciẽ concreatã Per creaturas,Per diuinã eſſentiã ſe ſine medio demonſtrantẽ. Habent de ſe ipſis ſinguli & de creatura coniuncta.i.de angelis oĩbus,ac de aĩabus hominũ q̃ rõnis bñficio illis cõſortes exiſtunt,triplex uerbũ.Vnã p ſuãmet aliorũ ue ſubſtantiã.Aliud p ſpeciẽ cõcreatã.Tertiũ p diuinã eſſentiã in ſemetipſa illis hęc oĩa demõſtrãte.De creatura uero inferiori.i. ratione carẽte, triplex etiam uerbũ hẽre illos ſatis puto cõſtare,Primũ p ſpeciẽ cõcreatã,ſecundũ p ipſarũ rerũ ꝓpriã ſubſtantiã,tertiũ in diuina eſſentia illis in ſe ipſa apte oẽs eſſentias rerũ demõſtrãte.Duo primi modi in q̃libet ordine bonis,& malis angelis ſũt

cões.

cões.Tertio ſoli boni perfruunt.Si q̃ de uerbi ratione hactenus diximus,exa- D
minare diligenter uoluerimus puto conſtabit bonos angelos de qualibet re
triplex uerbũ habere,malos duplex,hoĩes in hac uita unum tm̃ in futura autẽ
uita (ſi pie hinc deceſſerint)triplex cũ angelis bonis ad gloriã,ſimpie duplex
cũ malis ad ignominiã habituros fore. Exceptus ſit dñs IESVS Chriſtus E
in quo qm̃ uerbũ habitauit,illam tertiã notitiã oĩm p fectiſſimã,quam theologi notitiam in uerbo noĩauerunt,ſemp habuit etiam mortalis.Quia uero peccato fuit ſemper immunis,concreatis ſpeciebus carere non debet inditis Adq̃ dum crearetur.Habuit ergo notitiam primã,bonis ac malis angelis cõmunẽ, quando p cõcreatas rerum ſpecies,deũ,ſe,& uniuerſas creaturarũ naturas penit intellexit.Rurſus quia fuit homo ſicut & nos,noſtro more de nobis & de creaturis notitiam experimẽto compertam acquiſiuit.Exiſtimo nunc ſatis apparere uerbum noſtrum dum hic ſumus,omnium eſſe imperfectiſſimũ.Qm̃ primo quaſi caremus,quod eſt certum.Tertium hic habere non poſſumus, quod eſt perfectiſſimum & optimum uerbum.Medium habemus,non à rei ſubſtantia,ſed ab accidentibus,quæ ſæpe nos fallunt. Mali angeli falli ne poſſint.Bonos an contingat ignorare futura,dicemus ſi de ſanctis angelis deus dederit nos habere ſermonem.

¶ Verbum dei quid non ſit,& quid de illo capere poſſimus.

Er ea q̃ de hoĩm & angelorum uerbo dicta ſunt,facile conſtabit inqre
p re uolentibus,quid non ſit dei uerbum.Non.n.eſt ſicut uerbum hoĩs
in hac uita.Quia nõ eſt a mente hoĩs impfecta ſenſibus quaſi ducibus
indigua,quæ paſſiõibus corporis,ut aliqua labe criminis à recto poſſit auerti.A mente in obliquabili,& quæ rei ſubſtantiam melius q̃ exiſtat interius in ſe ipſa intuet,iam notum eſt dei uerbum ſumere principium.Non etiam ſicut angelorũ uerbum naſcitur uerbum dei. Licet enim mens angeli rei ſubſtãtiã nudam attingat,& per gratiam nequeat a recto diſcedere,tamen à mente dei remotiſſime diſtat.Quia hęc p ĩcreata,illa creatura.Hęc p naturã ,ppriã ſem
p fuit,eritq; ꝑpetuo penitus recte,& nulla unq̃ rõne ꝑmutabilis.Illa à deo hẽt
p gratiã vñ maneat in rectitudĩe ſtabilita.Hęc nulla uirtute creata,nullo inq;
obiecto a ſe ſepato adiuuaꝫ,ut uerbũ formet,ſed dꝰ ipſe,ſua mẽte ſe cõtueꝫ,
ſe nouit & oĩa.Angelorũ ẏo mẽtes licet ſuã ſubſtãtiã cõtuẽtes ſe intelligãt,&
p ſibi cõcreatas ſiꝯitudines ſpirituales rerũ,intelligãt multa,nõ tñ oĩa.In mẽte
itẽ dei,pñtia dei,ſubſtãtia dei eſt,q̃ ſecũdũ rẽ,aliud q̃ deus eſſe nõ põt.Qm̃ q̃d
factũ ẽ,in ipo uita erat,ut infra declarabimꝰ.In mẽte angeli pñtia rei itelligibi G
lis ſubſtãtia angeli eſſe nõ põt.Ita q; uerbũ dei a ẏbo hoĩs & angeli multiplicit
diſtat.Qm̃ in deo unicũ eſt,ſubſtãtia ẽ,infinita ſubſtãtia ẽ,ſemp manẽs,ſemp ,p
ductũ, ,pduci nũq̃ icipiẽs,nũq̃ deſinẽs.Verbũ ẏo angelicũ & humanũ,ſemp
et de oĩbꝰ unũ eẽ nõ põt,ſed multa (ut ſic dixerĩ) ẏba angelos & hoĩes hẽre neceſſe ẽ.Pro rerq; nãq; uarietate q̃ eoꝝ mẽte ẏ ſanť,in illis multa & uaria opꝰ ẽ
ẏba uerſari,Ita finitũ & uariabile ẽ hoĩm & angeloꝝ uerbũ, ,pduci aliq̃n incipiẽs,aliq̃n deſinẽs,ut de illo dicere liceat,nũc ,pducit,poſt hęc nõ ,pduceť,,pductũ erit q̃d añ nõ fuerat,q̃ ſingula nefas ẽ de ẏbo cogitare diuino.Sed qd ita;

Qm̃ deū ſemp intelligere ſe,& ſimul oīa neceſſe eſt,& nullius extra ſe adminiculo hęc intelligere. Nō.n.rem p rei ſubſtātiā,ſed p ſui ipſius eſſentiā intelligit atq; naturā. Habet igitur ſemp ſe,& oīa ſibi p̄ſentia,non p aliquā ſpeciē,ſiue ſpirtualē ſimilitudinē,ſed p ſuā eſſentiā, q̄ eſt ſpirituū oīm fons indeficiens, oīmq; ſimilitudinū nō ſimilitudo,ſed identitas & ſubſtantia tota, eminentius
H q̄ intelligere, quiſpiam poſſit continens omnes res. Quare ſi uerbum eſt præſentia rei intelligibilis menti intelligenti,uerbum uero produci eſt præſentiā hanc produci,cōueniens eſt dei uerbum ſemper produci,& ſemper eſſe productum. Quoniam mens dei quæ deus eſt,ſemper ſe deum & omnia quæ intelligi ullatenus poſſunt per ſuam eſſentiam pleniſſime nouit.

¶ Verbum dei uere generari eſſeq; filium dei.

Inc pōt apparere dū dicimus mentē hoīs uel angeli cū obiecto gignere uerbū, ip̄roprie nos eſſe locutos. Nēpe ſi phyſicorum rōnes nō re
h ſpuerimus,gignere eſſe hoc ,p̄fitebimur q̄d ſubſtantiā ,p̄ducere. Verbum uero hoīs & angeli ſubſtantia eſſe nō pōt,neuter ergo uerbū gignit. Ita uerbū hoīs ,non eſt filius hoīs,nō eſt etiā uerbū angeli filius angeli, q̄n filium
iuxta crucẽ Ieſu mater eius, & ſoror matris eius. Si alicubi ꝓpter pœnas filii matrẽ mœſtiſſimã dolore ſyncopim paſſam, uel collapſam fuiſſe credẽdũ eſt, maxime ad crucifixi filii nudi, laceri, ſanguine proprio madẽtis aſpectũ id obueniſſe credendũ eſt. At euangeliſta dicit ſtabat, nõ dicit labebatur. Si alicubi illi plãgẽdũ fuit, illic maxime ſtetit. Si alicubi lamentãdũ, nuſq̃ melius. Dicit.n. euangeliſta. Cũ uidiſſet Ieſus mr̃em. Qui uidit audire potuit, & melius audire q̃ uidere. Sanguis.n. de uniuerſo corpe profluens uiſum potuit hebetare potius q̃ auditũ, Creſcit enim debilibus & laborãtibus auditus, neſcio q̃modo uiſu præ debilitate diminuto. Et tamen uidit matrem, qa illa ſtetit. Nõ dixit euangeliſta cũ audiſſet, quia illam præ modeſtia tacentem audire non poterat.

¶ De qualitate doloris & triſtitiæ ſanctæ Mariæ imminẽte paſſione filii, & dum eſſet in cruce.

Ed quia tacuit afflicta mater, & non eſt lamẽtata quia nõ aperuit os qa
s minus modeſte triſtitiã non p̃tulit, ideo nõ fuit minus dolore cõfecta, Sicut nec ignis q̃ magis tegitur minus æſtuat. Amor abſconditus nõ minus urget amantẽ, Qui in dolore clamãt, clamorẽ quaſi ꝓ remedio habẽt. Qui tacent, quaſi ſine remedio affliguntur. Itaq̃ ſancta mater dñi, quoniam triſtitiã in ſe continuit, & ratione firmauit dolorẽ, non minus triſtata eſt, q̃n immo ſuper oẽs fœminas fuit dolore cõfecta, ſed nõ fœmineo more à triſtitia ſupata. Vis ſcire qualis fuerit huiuſce uirginis mr̃is triſtitia, añ filii paſſionem ex imaginatiõe. Qualis ex aſpectu myſticæ cœnæ, qualis in ipſa paſſiõe, qualis poſt paſſionẽ. Pone tibi añ oculos matrẽ unici filii pro ſalute patriæ, ac parẽtũ pugnaturi, ꝑ uulnera, per mortẽ utroſq̃ liberaturi. Pone hanc matrẽ patriæ, ſuorum, ac ſui charitate uelle hæc fieri, & iamdudũ hæc ſcientẽ exiſtima, & nihilomin⁹ dũ proxime futura ſunt filio, ſibi ſingula recenſeri intrepide penſa. Hæc inquã mater huiuſcemodi filio tãta imminẽte diſcrimine, nonne ſingula filii picula, & uniuerſas pœnas mẽte reuoluet. Nõne dolebit? nonne triſtabit̃ hoc cogitatu? Videat hæc mater filiũ iã cõtra hoſtẽ prodire uolentẽ. Videat armari, intueatur decertãtẽ, audiat armor̃ ſtrepitũ, fragorẽ ictuũ, uoces minaces ferientiũ, uideat illũ iã inter anguſtias, inter manus hoſtiũ, inter extremas pœnas uulneratũ, laceratũ, deficientẽ, nõne erit dolentiſſima atq̃ triſtiſſima? Erit certe. At ſi deſperet, ſi uoces det quęrulas, ſi filiũ quẽ iam pati uoluit, pati reluctetur, nõne erit leuis & ſtulta? nonne ciuitatis amittet gr̃am, cuius ſalutẽ

lamentaꝛ,odit,nititur impedire.Non hoc de matre dñi affirmauerimus,q̃ fuit gratia plena.i.deo oiq̃ creaturę optimo iure gratissima.Nõ de sapientissima Virgine atq̃ fortissima,q̃ consilio & proposito sapiẽtissimo non est mutata. Laudent hanc fortẽ mulierẽ opa eius, Laudet te uirgo piissima amarissimus dolor tuus,tua inenarrabilis tristitia te collaudet,qua materno affectu dulcissimo filio tuo cõpassa es.Laudet te fortitudo,prudentia,uenustas tua,qbus freta uirtutibus nil o Regina cœlorũ te indignũ in tãta mœstitia protulisti.Prœuiderat hęc Symeon spiritu sancto plenus & anꝛs,qñ dixit.Tuã ipsius aiam ptransibit gladius.Gladius passionis ipsius Christi filii dulcissimi & amãtissimi pfecte transiuit ad aiam uirginis,sed sicut aiam filii ptransiuit passionis dolor, non uicit ut ad metã uel ad fugã pœnarũ illũ duceret,ita neq̃ sapientissimæ matris aiam supauit.Hic porro gladius de q̃ loqtur Symeon (si sequentia examinemus) magis firmat q̃ de sanctę uirginis dolore ac tristitia diximus.Seqꝫ ñ. Vt reuelent ex multis cordibus cogitationes.Ad reuelandũ secreta cordiũ nõ tã ualuit Christi passio q̃ sapiẽtia uerbi.Gladius ergo Iesu Christi q Mariæ aiam ptrãsierat Symeone loquẽte,q prophetarũ more futurũ pro ptẽrito posuit,& eñ de ptẽrito prophetari põt,ille est quẽ uidit Ioannes in Apocalypsi ex utraq̃ parte bis acutũ,quẽ rex iustus accinctus est femur,de q̃ dicit uiuꝰ est sermo dei,& efficax,penetrabilior oi gladio ancipiti.Hic gladius sapiẽtiæ dei q̃ attingit a fine usq̃ ad finẽ ptransiuit aiam uirginis,eã sapientia plustrando, ut fortiter & suauiter oia disponeret,& cogitationes ex multis cordibus a matre uirgine reuelarent.Quatenus ipsa plena sapientia intelligeret cor,& secretum diuini cõsilii diffiniẽtis filiũ suũ in mortẽ dari pro redẽptione humani generis.Intelligeret cor & secretũ angelorũ uolentiũ p regẽ suũ de diabolo triũphari,hoiem q ab illis paulo minoratus fuerat,reparari,cœli ciuitatẽ q̃ fuerat minorata obstinate supbientiũ malorũ angelorũ,exilio, reuersis postliminio hoibus supplemẽtũ habere.Intelligeret secreta dęmonũ nolẽtiũ gratię participare,neq̃ regi æterno se nisi inuitos humiliare.Et idcirco q̃rentiũ illi resistere & iustũ pdere annitẽtiũ.Intelligeret secretã Iudęorũ inuidiã,& inexplebilẽ auaritiã,p q̃ Iesum sirũ iustũ & deũ crucifigi petebant.Intelligeret secreta sanctorũ in limbo existẽtiũ,& ab umbra mortis ad uiã pacis reduci expectantiũ. Intelligeret saluãdorũ utilitatẽ,q̃ in cuiusq̃ iusti corde uersat.Et hęc intelligẽs a Christi filii sui passiõe originẽ ducere,esset q dẽ dũ ille pateret tristis usq̃ ad mortẽ,sed cõsilio suo sustinẽs,p patiẽtiã fortissimã,uigilãs,p sapiẽtiã solertissimam,notas nullas daret animi malis supati.Et uos fratres charissimi sustinete hic & nõ tã mecũ q̃ cũ matre dñi Iesu Christi uigilate. Vt qm̃ necessitatẽ patẽdi,& passiõis dñi nr̃i Iesu Christi uerit-tẽ audistis,q̃ ordine passus est intue amini.Quẽ ut ad integrũ,pseq & retinere possimus,p acta digeremus, & cuiusq̃ actus seriẽ ex uno euãgelistarũ describemus in primis,nisi forte,p integrõ ueritatis tenore ex pluribus euãgelistarũ locis actus ipse cõstiterit. Cõpelemur.n.locos ipsos ex pluribus euangelistis sumere,& ad integrũ historiã texere.Quod ante me Augustinus & Ioãnes Gerson facere aggressi sunt, & nõ inutiliter ueritatis euangelicæ studiosis seriose scriptum reliquerunt.Post hęc

ueritatis

ueritatis seriem (ut præfati sumus) enarratam declarabimus. Attendite hic, sustinete & uigilate.Dum passionis Domini nostri Iesu Christi seriem distributam, distributam enarro, & enarratam declaro.

¶ Tertia pars principalis.

¶ Distributio passionis dñi nostri Iesu Christi.

ORDINEM dolorũ,tristitiarũq̃ dñi saluatoris,& matris eiꝰ (q̃d tertio loco ꝓmisimus) declaraturus, ut pijs mẽtibus sustinere seriosiꝰ & uigilãtius ea cõseruare possimꝰ,apparatũ eorũ in primis,deinceps exẽcutionẽ describere instituimus.Quę si qs forte usitatioribus noibus uelit accipe,añcedẽtia primũ,instantia secũdũ poterit appellare. Apparatũ siue añcedentia scribũt euãgelistæ & psertim Ioãnes ab eo loco ubi dicit.Ante diẽ festũ paschę usq̃ Aue rabi. Vbi narraꝛ Iesum a Iuda p osculũ tradi.Instãtiã siue executionẽ scribũt euãgelistę ab eo loco ubi referũt Iesum Iudę dixisse. Osculo filiũ hois tradis,usq̃ dũ narrãt q̃ Iesus inclinato capite emisit spiritũ.Lateris uulnꝰ & q̃ sequunt depositionẽ.s.funeris unctionẽ,cõdituraꝫ,sepulturaꝫ,& custodiã,subsequẽtia fuisse passionẽ agnoscamus.Nõ.n.dolorẽ,pœnã,cruciatũ ue aliquẽ afferre potuerũt dño saluatori,cuius corpus exanime sentire nõ potuit lęsionẽ.

¶ Apparatus siue antecedentium Christi passionem distributio.

a Pparatũ quẽ diximus,siue añcedẽtia Christi passionẽ,saluator noster quõ ordinari uoluerit,nũc audite.Mos est pceptoris,pcul a discipulis abeũtis,cõmonere illos,ut instituta traditę doctrinę diligẽti memoria teneãt,& cũ facto opus est,ope cõpleant.Amicus ab amico discessurus,aliq̃ in signi munere amicitiã cõtestaꝫ.Paterfamilias moriturus,testamẽto cauet hęredibus.Dux pugnã initurus,diuersa belli instrumenta examinat,& experiꝫ, ut uincat.Relinq̃bat dñs Iesus dũ iret ad pœnas discipulos suos.Igitur añ passionẽ humilitatis pceptũ,quasi uirtutũ oim basim & ppugnaculũ,suq̃ uitę breuiariũ,siue summariũ,prius ope,deinde uerbo illos in mentẽ semp hẽre mandauit.Sepabaꝛ a matre charissima filius amãtissimus,ab apostolis summa charitate dilectis,princeps & amicus optimus.Donauit illos munere pciosissimo & amoris sui certissimo,atq̃ firmissimo testimonio.Ibat ad mortẽ paterfamilias diligẽtissimus, & idcirco testamẽtũ accuratissime edidit.Neq̃.n.tm̃ patrẽ familias decedere decuit intestatũ.Post q̃ certamẽ passiõis ingressurus dux nr̃ examinat,& sedula mente reuoluit passionis instrumẽta,dolorũq̃ cruditates sibi subeũdas.Ita mẽte firmatus pugnã ingrediꝫ,p uarios cruciatus ab hostibꝰ oppugnaꝛ.Quorũ ordo pro rerũ,locorũ & oppugnãtiũ uarietate cõstabit.Si prius q̃ passionẽ añcessisse pstrinximus,utcũq̃ deus pstare dignabiꝫ explicuerimus,& hęc ipsa ne excidãt singula singulis noibus nũcupauerimꝰ,Instructionẽ primũ,Alterũ donationẽ,Testamẽtũ tertiũ,Quartũ examẽ appellantes. Quæ singula qm̃ oportunitate,utilitate & efficacia cõdienda sunt,q̃ copiose hæc oia Christi admonitio contineat a Ioanne euangelista sumite ubi dicit.

a Nte diem festũ paschæ,sciens Iesus quia uenit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrẽ,cũ dilexisset suos qui erant in mũdo,in finẽ dilexit eos.Et cœna facta cũ diabolus iam misisset in cor ut traderet eum

Iudas Symonis Scariothis, ſciēs qa oīa dedit ei pater in manu, & qa a deo exiuit, & ad deū uadit ſurgit a cœna, & ponit ueſtimēta ſua, & cum accepiſſet linthеū p̄cinxit ſe. Deinde miſit aquā in peluim, & cepit lauare pedes diſcipulorū & extergere linthеo, q̄ erat p̄cinctus. Venit ergo ad Simonē Petrū, & dicit ei Petrus. Dñe tu mihi lauas pedes? Reſpondēs Ieſus dixit ei. Quod ego facio tu neſcis modo, ſcies aūt poſtea. Dicit ei Petrus. Nō lauabis mihi pedes in ęternū. Reſpōdit ei Ieſus, Si nō lauero te, nō hēbis partē mecū. Dicit ei Symon Petrus Dñe nō tm̄ pedes ſed manus & caput. Dicit ei Ieſus, Qui lotus eſt nō indiget niſi ut pedes lauet, & eſt mūdus totus. Et uos mūdi eſtis, ſed nō oēs. Sciebat. n. qſnā eſſet q̄ traderet eū. Propterea dixit, nō eſtis mūdi oēs. Poſtq̄ ergo lauit pedes corū, accepit ueſtimenta ſua, & cum recubuiſſet iterum dixit eis. Scitis qd fecerim uobis? Vos uocatis me magiſter & dñe, & bñdicitis. Sū etem̄. Si ergo ego laui pedes ueſtros dñs & magiſter, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplū. n. dedi uobis, ut quemadmodū ego feci uobis, ita & uos faciatis. Amen amen dico uobis, nō eſt ſeruus maior dño ſuo, nec̄ apoſtolus maior eſt eo qui miſit illum. Si hæc ſcitis beati eritis ſi feceritis.

Vr nō ita in die, ſicut ante diē feſtū paſchæ hęc fecit dñs? Audi ab euā
c geliſta. Sciens Ieſus qa uenit hora eius. Cuius eius? Eius paſſionis, eius
mortis, eius trāſitus, uel trāſcenſus. Paſcha qppe iuxta Hieronymum
T utrūc̄ ſonare uidet. Sed qualis trāſitus uel trāſcēſus? Audi, Vt trāſeat ex hoc
mundo. Eſt ne hic paruus trāſitus uel trāſcēſus? Si trāſiturus eſſes Pyrrheneū
aut caucaſum, ſi mare Ioniū, aut Egeū, aut Oceanū trāſfretares, magnū trāſitū
nō īmerito facturus dicereris, tibic̄ uidereris. Diſcipulis & amicis nō ab re cō
ſuleres. Trāſiturus erat Ieſus de hoc mūdo, oēs mōtes, oīa maria cōtinēte. Sed
ad quē trāſit? Ad patrē luminū, patrē miſericordiarū, & deū totius cōſolatio
nis. Nō incōdite igit̄ ante hūc trāſcēſum monitis diſcipulos illuminat, munere
V demulcet amicos, teſtamētic̄ ſapiētiſſima ſerie familiā cōſolat. Hęc porro oīa
ante d ē feſtū paſchę facta ſunt, ne in die paſchæ cū trāſeūdū, & trāſcēdendū
erat ſpaciū tā īmenſum, fierent minus cōmode. Nō. n. bñ monet q̄ iā trāſit. Nō
cōmode donat, q̄ trāſuolat. Nō apte teſtat, q̄ iā morit, Vt diſceremꝰ nō differre ad diē mortis, q̄ uiuētes, ſciētes & prudētes facere nos cōuenit. Sciēs dñs Ieſus oīa q̄ uēturа erāt ſup eū in die paſchę, & ſciēs qm̄ p̄ mala eo die ingruētia
X ex hoc mūdo ad patrē trāſiturus erat ante diē paſchę, cū dilexiſſet p̄ oēm uitā
ſuos diſcipulos, ſuos amicos, ſuos familiares, q̄ erant tūc; & poſtea futuri erāt
in hoc inferiori mundo, homines ſcilicet quos ad redimendum uenerat. In fine uitæ mortalis dilexit eos magis q̄ antea dilexiſſet. Non quidem per affectionis augmentum, ſed per inditium, & effectum aptius monſtratum. Nā ſi probatio dilectionis exhibitio eſt operis, ubi maiora beneficia exhibētur, amoris probationes accreſcunt, dilexit igitur magis. i. maiora amoris indicia protulit.
Y Et cœna legali facta. i. māducata a cibo per legem uetito lapſus hominis in primo Adam ſumpſit exordium, a legali cibo Adæ ſecūdi reparatio hominum inchoatur. Cum iam ante diabolus qui primus ſubuertit Euam, qui præcipitauit Adam, miſiſſet per ſuggeſtionem cum machinis auaritiæ & ingratitudinis

oīm ne

oīm nephandi ſimi criminis in cor, in uolūtatē (Mittitur n. in uolūtatē q̄d ſe facturum qui. c̄ proponit) ut traderet eum, ꝓditorie Iudas Symeonis Scariothis. Vide q̄ bene hic nōīa rebus de q̄bus agit̄ cōueniāt. Iudas (ſi Hieronymo credimus) glorificans ſonat. Eua ſe glorificās ſuaſu diabol̄ ſupbientis, primū Adā ꝓdidit. Iudas ditari uolens, diuitiiſc̄ glorioſus euadere, ſecundū adā occiſoribus ꝓdidit. Symon ponēs triſtitiā uel mœroris auditor (eodē Hiero. interp̄te) ſonat. Prima mulier p̄uaricata, primū Adā dedit in manꝰ hoſtis ānī qui, unde triſtitiā inter hoīes plātauit. Quare nō īmerito mœrorē audiuit, q̄n maledictū accepit. In triſtitia paries filios. Et Symon tradens ſecūdū Adā triſtitiā poſuit in illo, & in eius matre qualē iā uidimus, qualē & ipſi nos modo ſentimus. Auditor q̄c̄ mœroris & furoris fuit q̄n p̄ accidiā & mœſtā deſperatione m a ſe ipſo funе ſuffocatus interiit. Scarioth etiā (ipſo Hieron. dicente) mercēs ſonat, uel mercedē accepit. Eua p̄cipitās uirū ſuū, pro oī ſciētia, erubeſcētiā & cōfuſionē cōdignā mercedē accepit. Et Iudas uēdēs magiſtrū ſuū, proc̄ eiꝰ ſanguine triginta argēteos mercedis noīe accipiēs, uere Scarioth mercedē ac
cepit quā oportuit, pro cōcupita gloria, Iudæorū. ſ. deriſionē & ignominiā in- Z
famię ſempiternā. Sciens qa oīa dedit ei p̄r in manus. Nō mirū ſi bñ docuit q̄
fuit ſciens. Signū nēpe ſcientis eſt poſſe docere. Non mirū ſi liberalis filius &
magnificus lōge donauit, q̄n oīa dedit ei p̄r, & deus ac dñs oīm in manus, in li
bera ptāte diſtribuēdi. Et ſciēs qa a deo exiuit, p̄ æternā gnationē, a deo exiuit
tpaliter miſſus in carnē. Et ſciēs qa ad deū uadit p̄ mortalitatis depoſitionem. A
Moriēdo nanc̄ ſciuit ſe īmortalē fieri. Ad deū uadit, eius iuſſa cōplendo. Nō
mirū igit̄ ſi ſciēs mortē p̄ quā ad deū uadit ſibi īminere de, ꝓximo, prius q̄ ad illū ingrediat̄ cōficit teſtamentū. Surgit a cœna primus Adā comedēdo cecide
rat, ſecūdus cōtra ſurgit māducās, ut q̄ in illo p̄ eſum cibi uetiti ceciderant, in B
iſto p̄ eſum panis angelorū reſſurgāt. Primus Adā a luce matutina (q̄ deꝰ eſt)
oculos auertit, ſec̄ ad ambigua & obſcura mulieris uota, quaſi ad ueſptinum
crepuſculū trāſtulit, unde quaſi p̄ cœnā cecidit. Secūdꝰ igit̄ Adā oportune ſurgit a cœna, Ille a primo cibo cecidit, iſte ab ultio ſurgit. Per primū cibū illiꝰ paradiſi uoluptatis amœnos fructus, in cibū nobis datos amittimus. Per ultimū
iſtius comedere & bibere poſſumus, ſup eius mēſa in regno patris. Nō q̄dē ci C
bos dētibus māndēdos, deglutiēdos gutture, aut uētre digerendos, ſed ſemp̄ in
ore manſuros, mirac̄ ſuauitate aīam ſimul & corpus ſine defectu referturos,
Semper. n. laus dñi erit in ore iuſtorū, dum oī tpe dñm benedicent. Et ponit ueſtimenta ſua, non q̄dē oīa, ſed ſupiora ſiue exteriora, q̄ magiſtri ſpeciē p̄ferebant, quaſi miniſtri p̄ſonā, habitu ipſo profeſſus eſt. Et primus Adā q̄n pecca D
uit nō oīno nudatus eſt, quia ſolā iuſtitiā originalē & q̄ illū gratū deo faciebāt
amiſit. Naturalibus bonis atc̄ gratuitis non eſt priuatus, licet aliquanto debilitatus ſit, & filius dei pro nobis filius hominis factus, interiorem hominem
quem aſſumpſit, deitatis contubernio beatum fecit, exteriorem beatitudinem
nō penitus defraudauit. Quem enim ſemper paſſionibus expoſuit, peccatis
ſemper immunem conſeruauit. Itac̄ qui naſcens ſe impaſſibilitate ſpoliauit,
quæ defendit exterius, impeccabilitatem uero retinuit quæ tuetur interius.

Vltimo cœnãs exteriorẽ ueſtẽ depoſuit,retinuit interiorẽ, P cũ accepiſſet lin
E theum. Primus Adam qui iuſtitiã originalẽ amiſerat,qua m ns recte ferebaꝰ
in deum,qd aliud accipe potuit aut decuit q̃ brutalẽ apetitũ,quẽ fuerat ſtute
ſecutus? Tunica igitur pellicea de brutorũ animaliũ pellibꝰ cõfecta,talẽ Adã
primũ monſtrauit exterius, qualem ſe ipſe fecerat interius. Has porro pelles
aialium mãſuetorũ dorſis detractas ego crediderim,quæ timida ſunt,& mul
tis incõmodis diſpoſita. Et primus Adã timore correptus abſcondit ſe,audita
uoce dñi dei,& ſuæ nuditatis incõmoda profeſſus eſt.Contra ſecundus Adã
lintheũ accæpit. Mos eraꝫ Romanis aliq̃ publico munere fungi petẽtibus,ad
obtinenda populi ſuffragia candidatos incedere,ut candida ueſte nitorẽ uitæ
præ ſe ferrẽt. Dñs itaq; Ieſus redẽptoris & repatoris mox officio deo iubẽte
& patriarcharũ cœtu poſtulante functurus, lintheũ accæpit,quaſi candidatꝰ
incedens,ut uitæ puritatẽ & integritatẽ oſtẽderet præcinxit ſe.Qui enim ſua
uolũtate homo factꝰ fuerat,q̃ corpꝰ ſuũ ex puriſſimo uirginis matris ſanguine
formauerat,cuiꝰ caro nulla libidine fuerat coagulata,cuiꝰ animã nulla peccati
labes cõtaminauerat,q̃ grãm accumulatiſſimã,nullius merito fuerat aſſecutus
ipſe lintheo ſe præcinxit,Deinde mittit aquã in peluim. Aqua cõtritio eſt,pe
F luis uolũtas continens aquã.Contritio.n.uera nõ eſt niſi fuerit ſpõte ſuſcepta.
Et quia hæc contritionis gratia non uolentis neq; currentis,ſed dei miſerãtis
eſt.Dominus Ieſus Chriſtus deus uerus mittit aquã in peluim.mittit in corda
noſtra contritionis gratiam,ut aquis baptiſmatis mundemur à culpis.

¶ De uirtute & ratione baptiſmi & contritionis eorũq; contubernio.

Onne baptiſmus ianua eſt prima ſalutis? Vt quid igitur ad baptiſmũ
n p̃uiam contritionẽ adduxi? Nõne infantuli q̃ baptizant a peccato ue
re lauant? An qa contritionẽ habere p̃ ętatẽ nequeũt,a peccato plene
non liberant? Nõne poſt baptiſma peccantibus,pœnitẽtię ſacramẽto peccata
relaxant? neq; tñ rebaptizant? Vt qd igit cõtritionẽ baptiſmi ſociã & p̃uiam
eſſe cõfirmo? Eſt certe baptiſmus prima ſalutis ianua,ſed hęc ipſa ianua ſeras
habet,& quaſi uectes & cardines qbus ſuſtentat,firmat & claudit. Cardines
ſunt intentio baptizantis & baptizati,ut.ſ.ille dare uelit,& iſte accipe qd chri
ſtus baptiſmi ablutione,pmiſit. Vectes ſunt aquę ſubſtãtia,uel æqualens illi,ſi
uſq̃ gentiũ in igne aliã ue ſubſtãtia a primordio naſcentis eccleſię baptizatur.
Vel ſi qs in,pprio ſanguine p̃ martyriũ emũdet.Clauis cõtritio eſt qua apit
aĩa,ut aqua gratiæ ad illã abluendã ualeat ptranſire.Nã ſi adultus aliqs fuerit
baptizandus,adſint licet uectes ſubſtãtię unde baptizet,ſint cardines,ut bapti
zare ille uelit,& iſte baptizari,ſi eũ q̃ baptizatur pro peccatis cõmiſſis amari
tudo cõtritionis nõ teneat,nõ aſſequtur gratiã.Sicut neq; q̃ obicẽ ponit uolun
tatis auerſę obtinet illã.Licet utercq; obtineat ius ad illã.Qua de re iã alio loco
G diximus copioſe.Qm̃ uero infantuli nõdũ actu aliqd pec auerũt,cõtritio illis
nõ eſt neceſſaria.Opus eſt tñ a peccato originali uelle purgari,& Satanę opi
bus nolle cõſentire.Quę qm̃ pfiteri neq̃unt q̃ eos p̃ſentant (q̃s patrinos dici
mus) pro eius uoce,pmittũt.Interrogato nẽpe inter baptizãdũ infante an ue
lit baptizari.i.a peccato purgari,rñdent patrini pro eo,uolo. Interrogato ab
renuncias

renũcias Satanę rñdent abrenũcio.Et oĩbus põpis eius? rñdent idẽ. Et oĩbus
oĩbus eius? Terũio dicunt abrenũcio.Hęc porro abrenũciatio, hoc uelle ba H
ptizari q̃d eſt aliud q̃ cõfeſſio pœnitudinis? q̃d in iniq̃tatibus q̃ baptizatur cõ
ceptus ſit,& in peccatis eũ pepit mater ſua·Et in ſacramento pœnitẽtię pecca
ta poſt baptiſmum perpetrata uere remittuntur,non tamen ſine baptiſmate, I
quod qa præceſſerat,pœnitentiam efficit fructuoſam,quæ ſine baptiſmo ſte
riles attuliſſet ariſtas.Itaq; pœnitentia & baptiſmus ſic ſe habent.

¶ De admonitionis dominĩ Ieſu utilitate in humilitate fundata
& ipſius humilitatis præſtantia.

Edeamus unde diſceſſimus,& admonitionis quã fecit in ultima cœna
r dñs Ieſus,pprias opportunitates inſpiciamus.Supbia ſiquidem.ſ. deſyde
riũ ſciẽdi oĩa p̃ q̃d deo hoĩes æquarẽtur,Euã oĩm hoĩm matrẽ p̃ſuaſit
adhærere ſerpẽti,deiq; ſe ſubtrahere uolũtati.Mater igit nra eccleſia catholi
ca mr̃ inq̃ credẽtiũ,mr̃ oĩm hoĩm uerã uitã uiuẽtiũ, cõtra ſupbiã añ oĩa fuerat
muniẽda,ne uineã eius deuaſtaret aper de ſylua,ne ſingularis ferus draco ille
magnus depaſceret eã.Itaq; apoſtolorũ collegiũ q̃ ſunt eccleſię prima ſtructu
ra,humilitate oportebat cõmuniri.Vis nunc humilitatis & Chriſti admoniti K
onis intelligere utilitatẽ? Vide q̃d utilitatis afferãt p̃ dura & grãdia fundamẽ
ta magnis ædificiis? Vide q̃d interſit domũ in harena,in luto,uel area nõ ſoli
da,& in lapide firmo cõſtruere.Quid porro firmius,q̃d ſolidius, q̃d ĩmobili
humilitate? Hęc mũdũ uincit & ſpnit,diabolũ fugat,carnẽ penit ignorat.Dũ
n.uere humilis nihil ſibi arrogat,& oĩa q̃ mundi ſunt,aliena iudicat,nihil hẽt
cõmune cũ mũdo.Diabolus ſupbię maritus,pr̃,& alũnus, quẽ uidet humilem
nõ aggreditur,quaſi nihil ſecũ cõe tenentẽ,Qui inſup humilitatis ſtudio mũ
do iã renũciauit,carnẽ ppriã indignã ſuo exiſtimat obſequio.Ita ſemp ſibi ſatis
eſt,ſeq; contentus.Non mirum igitur ſi omnium uirtutum fundamentum &
præſidium cenſetur humilitas.Quæ uitiis nullis cedit,nequitias mundi,diabo
li,& carnis penitus neſcit. Nempe ea uirtus quæ pluribus reſiſtit uitiis,uiam
ſalutis ambulantibus maxime opportuna debet haberi.

¶ De humilitatis exemplo per dñm Ieſum tradito.

D p̃ſuadendũ plus ſemp opa ualuiſſe q̃ uerba nemo dubitat.Quis ad
a luctũ ,puocatur aſtãtes,ueſtes lętitię ſumpſit? Quis in ueſte lugubri
riſit,aut uultꝰ ſerenitatẽ p̃tulit? Quis eructãs crapula parſimoniã p̃ſua
ſit aſtãtibus? Quis ter ſcorta caſtos auditores effecit.M.Antonius uerbis nõ
ſatis fidẽs,cũ necẽ Iulii Cęſaris accurata & mœſta orõne lamẽtatus eſſet,interi L
orẽ illius tunicã ſanguine cõſpſam,multiſq; cõfoſſam gladiis pro roſtris oſtẽ
dit.Ita auditores q̃s lõga orõne nõdũ in ſuã ſententiã traxerat, mox p̃ oculos
accẽdit,raptiſq; p̃ animi feruore ignitis torribus,cõcionẽ in occiſores concita
uit.Dñs itaq; Ieſus Chriſtus humilitatẽ ſuis diſcipulis p̃ſuaſurus, ſe ipſum illis
exhibuit in humilitatis exẽplũ,lauãdo diſcipulorũ pedes.Alicuiꝰ lotur pedes
genuflectere cõſueuit,& demittere caput.Qui lotos pedes abſtergit ſuis geni
bus illos ĩponit.Ergo ille cui paulo añ decãtatũ fuerat,o ſanna filio dauid .i.ſal
ua obſecro fili dauid,q̃ miſſus es a deo deorũq; dño cũ autoritate ſummę ptãtis,

ille cui Iudæorū turbę in lætitię & uictorię signū ramos de arboribus,cui honoris gratia pueri hebræorū uestimēta strauerunt in uia. Ille q uocatus a discipulis dns & magister paulo post dixit,Bñ facitis.Sū etem dns iure creationis cōseruatiōis & redēptionis.Sū magister iure eruditiōis,& disciplinę salutaris, ope & uerbo traditę solertissime.Ille inq talis actātus dei filius deus uerus,cui ome genuflectit, cęlestiū,terrestriū & infernorū.Genuflectit nūc corā discipulis,& ad eorū lauādos pedes caput inclinat,caput inq gloria & honore coM ronatū.Manus demittit,manus cęlū & terrā cōtinētes.Lotos pedes abstergē dos genibus suis imponit.Genibus q̄rū superioribus sedes est cœlū, q̄rū inferioribus terrarū orbis scabellū est,q̄ maioris humilitatis signa,imo expimēta certissima dari p̄ouerūt? Hęc uero ꝓfundæ humilitatis exēpla tā magna tā multa,ideo in aquę natura facta sunt,ut quēadmodū ab initio spūs domini ferebat sup aquas,ut mūdi informis machina,pōd⁹,numerū,& mēsurā p illū accipet. Ita in fine tēporū mores hoīs (q minor est mūd⁹) īformes,& nulla rōnis norma moderati,sed pōdere,numero & uirtutis mēsura carētes,p sanctā humilitatē mīrem mor⁊,et p aq̄s baptismatis ad lineā uitę,uiāq; salutis ęternę reducerēt

¶ De figura & prophetia baptismatis p̄sagiente & de imitando humilitatis exemplo à domino dato.

Igurauerunt hanc aquā aquæ diluuii, q̄bus deleta est oīs caro,& hæc
f aqua baptismatis,hęc pedū lotio,ueterē hoīem extinxit,creauit nouū.

Hęc est aq̄ quā ꝓpheta cecinerat.Effundā sup uos aquā mūdā,& emūdabimini ab oībus inq̄namētis uestris.Vnde dominus dixit,Qui lotus est nō indiget nisi ut pedes lauet,& est mūdus totus,Per hāc aquā ab oībus iniq̄tatibus abluentē.Ideoq; sicut in figura Iudei anteq̄ cibū sumerēt lauabāt oīa q̄ nouerant in corpe cōtaminata,p̄ter pedes,q̄s cubitū eūtes pro more lauabāt, ut penitus mūdi q̄escerēt.Et iccirco in cōuiuiis mos erat illis apponere hydrias aquę plenas,secūdū purificationē Iudæorū,teste Ioāne.Ita dns Iesus Christus in q̄ figurę cessabāt,& nuda sęueritas ostēdebat mūditiā plenā interioris hoīs, p aquā de more paratā in sua ultima cœna,in hac pedū lotiōe declarauit,docuitq; aptissime,q̄d suū ꝓphetā iusserat p̄dicare,aquā uidisse egredientē de tēplo ab oriēte a latere dextro,qua oēs salui facti sunt,ad q̄s illa puenit.Itaq; Petrū hac lauari recusantē increpās dns dixit.Si non lauero te nō hēbis partē mecū. Quod facio modo edictū de baptismo,q̄ saluabūt hoīes,tu mō nescis,scies aūt postea.Cū p̄conia uoce mūdo ꝓmulgabit,q; q crediderit & baptizat⁹ fuerit saluus erit.Si igit uere christi discipuli sum⁹.Nō tm pedes.i.affectus,q̄b⁹ gestamur q̄si pedibus,sed & manus.i.opa q̄ manib⁹ cōplent. Et caput.i.intētionē,caput operū nostrorū.Hac aqua dudū p̄figurata & p̄sagita,hodie uero ostēsa, & exhibita lauemus oēs.Huius rei gratia heri religiosorū patres filiorū,& discipulorū suorū lauerūt pedes,ut exēplū humilitatis illis exhiberēt,hos ut imitemini patres matresq; familias,moneo,hortor,oro,& obsecro.Ita eritis in domibus uestris quasi Christus inter apostolos,uestra familia erit quasi apostolorū collegiū Christo,uobis subdita & subiecta,nō erit in illa ambitio p̄sidētię quā ab apostolis remouit saluator noster,quēadmodū sequēria declarabunt si sustinueritis & hic mecum uigilaueritis dum illa paucis absoluo.

¶ Admoniti facta a dño Iesu de studio humilitatis amplectendo.

Otis & abstersis discipulorū pedibus,Iudaq; ꝓditore ab hoc obsequo,
l ab hoc honore nō exclusO,Vt discerem⁹ p̄ditis etiā hoībus dū occulti N
sunt honorē & obsequm nō denegare,magister oīs sapiētię lintheum deponit,& discipulos suis locis ad discūbendū p̄missos,post oēs suo loco ipse recūbēs sic alloqtur.Scitis q̄d fecerim uobis? Vos uocatis me magister & dñe & bñ facitis.Sū etem.Si ergo ego laui pedes uestros dns & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes.Humilitatē quā facto docuerat nunc uerbis suadet.Miramini fortasse cur media cœna uos lauerim pedes,& p̄ter morem interrupim ordinē comedēdi? Scitis q̄d fecerim uobis.i.ad uestrā utilitatē Scitis ne quare interruperim cœnā uestrā? Scitis cur ego semi cœnatus surrexerim? lintheo me p̄cinxerim? aquā parauerim? Sigillatim a cœna ad pedum lotionē uos uocauerim? Singulorū pedes lauerim? & ad discūbendū redire uos iusserim? post oēs ego ad discūbendū redierim? Illis tacētibus, & silētio se ignaros ꝓfitentibus apit causam. Vos uocatis me magister & dñe & bñ facitis,q̄a ueritatē agnitā nō tacetis.Nō approbo inanis glorię studio,& uēto elationis hęc honoris noīa,mihi p uos tradi.Approbo q̄a bñ facitis,approbo studiū uestrū,agnitę.s.ueritatis ꝓfessionē.Sū etem.Sū ille q uere sum,in q̄ nō est est & nō,in q̄ nō est fuit & erit,in q̄ semp est sum.Sū inq magister nō cuiuslibet mechanicę artis,nō quarūlibet liberaliū facultatū,illæ sunt seruiles,istę ambitioseę.Sū magister sanās,& sanare docēs corpis morbos,animiq; languores, sum magister resuscitās mortuos,resuscitatosq; in uita cōseruās.Sū magister q uiā dei p quē fiūt oīa hęc,in ueritate doceo simul & exerceo. Bñ facitis ergo me appellare,& uenerari magistrū.Magistrū inq artis saluberrimæ, pulcherrimæ, honoratissimę ac maxie necessarię.Sū dns q occidere possum,& uiuificare,ꝓcutere,& sanare,de cuius manu nō est q possit eruere.Sū dns q hēo claues mortis & inferni, q postq̄ occidero,possum aīam & corpus mittere in gehennā,Sū inq dns a neq̄ seruis metuēdissimus,colēdissim⁹ a fidelibus.Sū dns uirtutū.Sū rex gloriæ,sum dns in uita æterna centū pro uno retribuens,sum dns q erigit elisos,q dirigit iustos,q custodit pupillū & uiduā,q regno in seculā seculorū,q solē oriri facio sup bonos & malos,pluo sup peccatores & super iustos.Si igit ego dns & magister talis,ac tantus laui pedes uestros,ad exēplū humilitatis & bñficētię,uos debetis alter alterius lauare pedes.Immo lōge magis debetis.Si nō ignari mali miseris succurrere discūt.Quia ergo ꝓ ura medicina, ꝓ salute vra, ꝓ acq̄renda uobis parte mecū in regno p̄ris mei nō habui rōnem cœnę meę,meę cōmoditatis,& uos alterutri⁹ salutē ꝓpriæ cōmoditati aīponere nōne debetis? Si maior est refectio mētis q̄ uētris,ut corpis refectiO onē ꝓ aīa refocillāda ego uos interrūpe iussi,& uos ꝓ uobis inuicē cur idē facere non debetis? Si horū gratia ego dns & magister lintheo humanitatis prę cinxi me deum.Si hāc me ipsam humanitatē diuinitati sociatā & unitā in rone p̄sonæ,factamq; cum dei filio p quē facta sunt oīa uere unū lintheo p̄cinxi, de magistri & dñi forma,formam ministri suscipiēs.Si hunc ipsum hoīem uerū, & deum omnipotentem coram uobis genuflexi,caput & manus ad pedes usq;

uestros lauãdos inclinaui, genib⁹ eo⁹ uestros pedes abstergẽ los supimposui. Exẽplũ, immo uerũ exẽpla multa & amplissima dedi uobis : humilitatẽ fructuosam & ꝓfosam, ad humilitatẽ proximis utilẽ, uobis necessariã, imitãdã & ãplexãdã. Vt quẽadmodũ ego feci ꝓ uobis, ita & uos ꝓ uobis inuicẽ faciatis.

¶ Admonitionis factæ ratio & utilitas.

Men amẽ. Hæc dictio in sacris litteris ueritatẽ trib⁹ modis significare
a dignoscitur. Significat.n. alicubi ueritatẽ in noĩe cõceptã, ut in Apocalypsi, hæc dicit sanctus amẽ. i. sanctus q ueritas est. Aliquãdo signi-
p ficat desideriũ futuræ ueritatis, estq; quasi aduerbiũ simul cõfirmãdi & optãdi, ut cũ oratione ad deum peracta dicit populus Amẽ. i. firmiter utinã ita sit. Alibi uero uim obtinet cõfirmãdi ueritatẽ iã extãtem ut hic. Amẽ amẽ. i. uere uere. Et ingeminat affirmatio ut ueritas & certitudo affirmati magis apiatur. Nõ est seruus maior dño suo. Bello subacti, q iure belli occidi poterãt, qñ seruabãt in uictorũ usus uictoriæue triũphos serui dicti sunt. Quis nũc hoĩm nõ
Q est seruus dñi Iesu oĩum seruatoris? Ipse.n. per suam mortẽ, morte & infernis doloribꝰ debellatis, expugnatoq; prĩcipe tenebrarũ, q captiuũ tãdiu humanũ genꝰ detinuerat, saluauit nos, nosq; seruauit ad triumphũ gloriæ suæ. Qñ de diabolo mũdoq; triumphabit in die iudicii, quãdo in curru maiestatis dei omnipotẽtis uectabit sup rotis iustitiæ & misericordiæ, comitatus multitudĩe innumerabilis exercit⁹ sanctorũ angelorũ. Nõ est seruꝰ maior dño suo, uos aũt
R mihi serui estis q uos seruaui. Nõ igit estis maiores me, sed tãto minores, q̃to minor est honore, uel dignitatis gradu seruꝰ dño suo. Neq; apostolus. i. nũciꝰ maior honorabilior dignior ue eo q misit illũ. Sicut neq; fonte dignior ẽ riuꝰ, qm̃ esse & permanere hic accipit, ille suggerit semp, & uos mihi estis apostoli Ego.n. mitto uos sicut oues ĩter lupos, q q̃si ouis corã tõdente sileo flagellatꝰ, & dedi uobis exẽplũ humilitatis & bñficẽtiæ, uos ergo humiles eẽ debetis, atq; bñfici, non habentes rationẽ boni an mali sint, q̃bus consulitis, Quia ego dñs uester, quia uos saluos facio. Ego magister q ad docendum uos mitto, laui etiã pedes uestros. Et licet ludã futurũ mihi ꝓditorem iã ab initio nouerim, proditionẽq; nuperrime ab eo factã intellexerim, laui tñ eiꝰ pedes, illi corã genu flexi, ut & uos ita faciatis, ut oretis ꝓ persequẽtibus & calũniantibus uos, ut benefaciatis his q oderũt uos gratis. Si hæc scitis. Si hæc quæ feci lauãs pedes uros in humilitatis ac beneficentiæ exemplum satis intelligitis me fecisse. Beati estis in hac uita. Quia si beatus est qui habet quicqd uult, & uos p humilitatis & beneficẽtiæ studiũ quicquid uolueritis assequemini. Voletis.n. ea oĩa quæ eueniẽt, qa p illa humilitas & beneficẽtia uestra probare augebit, roborabitur aut laboris mercedẽ assequet. Beati estis futuri in uita æterna, quãdo tẽplum premii ꝓ singulis uestris bonis opibus accipietis. Quando mecũ sedebitis sup tronos iudicãtes duodecim tribꝰ Israel. Quãdo audietis a me. Venite bñdicti pris mei ꝓcipite regnũ q̃d uobis paratũ est ab origĩe mũdi. Qñ sedebitis mecũ in mẽsa patris mei, regis regũ, deiq; deorũ, & saturabimini æterna fœlicitate.

¶ De cœnantibus cum dño Iesu ultimam cœnam & munus ab eo accipientibus.

Muneris

Vneris i nem quo in eadẽ cœna cõuiuæ donati sunt Lucas Euange-
m lista nos doceat, Hic.n. eius seriẽ præ cæteris euãgelistis mea sententia
n scribit copiosius, ipsum audite. Et cũ facta esset hora discubuit, & duodecim apostoli cũ eo, & ait illis. Desyderio desyderaui manducare hoc pascha uobiscũ anteq̃ patiar. Dico.n. uobis, qa ex hoc nõ mãducabo illud, donec ĩpleatur in regno dei. Et accepto calice gras egit & dixit. Accipite, & diuidite ĩter uos. Dico.n. uobis qa non bibam de gnatione uitis, donec regnum dei ueniat.

Os igit huius narrationis seriẽ declarando euãgelistæ ordinẽ non desere
n remus, sed q̃bus primo loco, deinde q̃d datũ sit ostendemus. Memini dixisse me, matrẽ dñi ultimã cœnã cœnauisse cũ filio, cur igit illã Lucas hoc loco non noĩauit, sicut apostolos ex cõposito certo numero designauit? Certe si locus ab autoritate negatiue sumptus ualet in historia, qñ conuiuarũ numer⁹ designat ab euãgelista scribẽte duodecĩ apostolos cœnauisse cũ christo, matrẽ dñi q̃ eo numero non claudit, inusitatũ, temerariũq; uideat asserere, illo in cõuiuio cœnauisse. Sed nemo christianus dñm Iesum resuscitatũ a mor S
tuis apparuisse matri dubitat, & ante oẽs illi se uiuũ & glorioſum ostendisse. Hoc tñ nemo legit in euangelio. Quid ita? Qm̃ quasi notoriũ hoc, & indubitabile quasi superfluũ scribere euangelistæ obmiserũt. Fuit euangelistæ Lucæ ꝓ
positũ scribere, q discipuli cũ Christo cœnauerint illã cœnã, qa cũ designasset T
dñs alios septuaginta duos, illosq; misisset in oẽm ciuitatẽ & locum q̃ erat ipse uenturꝰ, ut constaret q̃r, quiue discipuli illi cœnæ interfuerint, tradidit duodecim apostolos cœnauisse cũ Christo. Ita locus sumptus ab autoritate negatiue uim suã retinet. Qñ nullos alios discipulos nisi duodecim ꝓ euangelistas cum Christo cœnauisse describit. Sed cur nõ oẽs discipulos ad ultimã cœnã uocauit magister amantissimus? Ante oĩa existimo non oẽs illum comitabant assi- V
due. Designati.n. fuerant septuaginta illi duo alii discipuli ad oẽm ciuitatem et locum q̃ erat ipse uenturus. i. de uariis ciuitatibus ac locis euocati, ad illasq; remissi, singuli ad suas. Hoc enim puto inter apostolos alioq; septuaginta duos interfuisse discipulos, q̃ duodecim Christo fuerunt comites & cõmensales assidui. Reliqui rem suam suis in domibus actitabãt. Nusq̃ .n. legimus ultra illos duodecim aliq̃s discipulos assidue Christũ fuisse comitatos. In deserto nempe quo loco bis dñs de paucis panibus & piscibus non multis, ingentẽ numerum hoĩm saciauit, non plures q̃ duodecim cophinos fragmentorũ constat a discipulis esse collectos, quia.s. colligentes totidẽ fuerant. Mãducabat legis edicto agnus per domos & familias. Quare fuit consentaneũ septuaginta duos agnũ legalẽ mãducare cũ suis. Et profecto quẽadmodũ ad esum agni qñ nõ sufficiebat aĩarum in una familia conuiuentiũ numerus, uicinus uocabat ex lege, ita ubi agnus numero animarum sufficere nõ poterat, dispartiri animas & agnos multiplicari oportebat. Septuaginta duo additi, Christo & apostolis octuaginta quinq; numerũ adimplebant. Tot cõuiuis ne uncia quidem carnium agni dari potuisset. Sed redeamus ad Lucæ narrationem unde discessimus. Cũ facta esset hora, Cum adesset tempus manducandi ultimam cœnam. Discubuit & duodecim apostoli cũ eo, & ait illis. Desyderio desyderaui hoc pascha man X

ducare uobiſcum antequam patiar. Deſyderio pio, deſyderio magno, deſyderaui cum ratiõe magna. Quia magnum deſyderium magnus amor facit, nemo deſyderat magno deſyderio cum illis cibum ſumere, quos aut negligit, aut tepide colit, & quanto conuiuium eſt honoratius, illi cum magis charis deſyderatius interſumus. Hoc paſcha. Erat hæc cœna legis inſtituto omniũ cœnarũ celeberrima, erat Chriſti nouo & excellentiſſimo opere ſuper omnia cõuiuia
Y in perpetuum celebranda. Quoniam ſacramenta eccleſiæ a ſaluatore noſtro in illa erant inſtituenda, per quę ſi tunc non aperiebatur ſalutis ianua, adminicula ſaltim parabãtur, unde apertam adire, ingrediq; poſſemus. Filius autem qui amoris ſtudio cum diſcipulis hoc paſcha deſyderio magno mãducare deſyderauit, cur matrem longe magis amatam in eadem cœna deſyderare, & ſecum habere non debuit? Matrem præſertim a qua plus habuit q̃ filius a parẽtibus habere poſſit. Habẽt illi a patre (ſi multis medicis credimus) uniuerſam
Z carnem, neruorum, oſſium, inteſtinorumq; ſubſtantiam, a matre fomentũ & nutrimentum dum maturãtur in aluo. Non eſt caro Ieſu de ſemine uiri formata. Non enim ex ſanguinibus, neq; ex uoluptate carnis, neq; ex uoluntate uiri ſed ex puriſſimo Virginis matris ſanguine conceptus eſt Chriſtus. Aliarũ matrum ſanguis contaminatus filios in utero uegetat, quos extra uterum poſitos paſcit lac de impuro ſanguine cretum. Purus Virginis ſanguis in Chriſti corpus formatus eſt in Virginis utero ubi aluit, auxitq; formatũ. Lac de puro ſanguine eiuſdem Virginis manãs ad ubera glorioſa aluit, uegetauit de utero natum. Quis neget talem filium, taliter cõceptum, tali lacte talis matris educatũ
A illam amauiſſe plus q̃ apoſtolos. Plus q̃ filius unq̃ matrẽ amare potuerit? Dulciſſime Ieſu ultimã tuæ mortalitatis cœnã, cœnã legis ueteris terminum extremum, cœnã legis nouæ initiũ & fundamentũ deſyderio magno mãducare deſyderas cũ diſcipulis ſuis. Cur q̃ſo? Qm̃ illos multũ amaui. Amauiſti ne minus uirginẽ matrẽ tuã? Amaui lõge magis. Cur bone Ieſu deſyderio magno deſideraſti hoc paſcha cũ tuis diſcipulis mãducare anteq̃ patiaris? Vt in hac ultia cœna illos admoneã humiles eſſe. Nõne mater tua p ſuã humilitatẽ te cõcepit Nẽpe qa pater tuus deus oĩpotẽs reſpexit humilitatẽ ancillę ſuę matris tuę, beatã illã dicũt oẽs gñationes. Cur tu humilitatẽ docẽs, exẽplũ humilitatis ampliſſimũ tecũ nõ aſſumes? Magiſter humilitatis fili, humilitatẽ ad extremũ ſuos diſcipulos edocturus, cur matrẽ humilitatis magiſtrã optimã nõ hẽat ſecum? Cur o bone Ieſu magno deſyderio hoc paſcha cum diſcipulis manducare deſyderas? Vt recedẽs ab eis poſtq̃ illos plene inſtruxero, donẽ munere pulcherrimo ac pſtãtiſſimo. Vis ne igit̃ matrẽ tuã, matrẽ plus te amãtẽ q̃ ſe, matrẽ cui ſoli lacte paſtus es p infantiã, de cui labore manuũ es p oẽm pueritiã educat, matrẽ q̃ te ſemp ſecuta eſt, q̃ in te ſolo ſpes ſuas oẽs collocauit, ab hoc munere excludere? Volo pignus amoris ĩdubitabile, hoc in meo diſceſſu amicis dare. Quis illo dignior eſt matre tua? Volo cibũ dare inſolitũ, inauditũ, reficiẽtem aĩam nõ carnẽ. Cui hic cibus erit ſuauior q̃ aĩæ matris tuę? Quę porro aĩa ad illũ accipiẽdũ, retinẽdũ, & ſe in eũ trãſformãdũ eſt aptior q̃ aĩa matris tuę? Volo donare me ipm. Cui te melius q̃ matri donabis? Quis dignior mũere tãto?

Quis illud gratius accipiet? melius conſeruabit? Tu domine Ieſu qui legem tuliſti ab initio, ut parentes ſuos colerent liberi, q̃ per tuã infantiam matri ſubditus eras, q̃ p oẽm uitã illã honoraſti, plus q̃ matrẽ unquã filius obſeruauerit, credo certe, & ni firmiter crederem errare grauiter me putarem, credo inq̃ te qui paſchalem cœnam cum duodecim apoſtolis magno deſiderio deſideras mãducare, quia magno illos amore proſequeris, maiori deſiderio illã cœnauiſſe cum matre, quæ pluſq̃ apoſtoli te amauit, & tu illam ſuper apoſtolos amare & colere ſtuduiſti. Adam ſociam contriſtari nolens comedit imprudens quod illa porrexit. Chriſtus ſciẽs & prudẽs triſtis effectus uſq; ad mortẽ, ut ad pœnas pgat alacrior, cũ apoſtolis cœnare deſiderat. Quatenus iter cœnãdũ eccleſiæ ſacramẽta cõficiat, & moriens inter pœnarum anguſtias illis efficaciã largiat.

¶ De ſermone domini munus antecedente.

Ico enim uobis qa ex hoc nõ mãducabo illud donec impleat in regno
d dei. Dico.n. ideſt certe. Quis põt dicere certius q̃ dñs Ieſus q eſt ueritas & certitudo certiſſima, uobis diſcipulis, uobis credentib. Lux.n. erat dñs Ieſus, quæ lucet in peccatorũ tenebris, & tenebræ eã nõ comprehẽderũt, quia fidei lumen nõ acceperũt. Quia ex hoc.i. poſt hoc, ex.n. & de ſacris in lr̃is ſæpe ordinẽ ſonant ſibi ſuccedentiũ rerum, Sicut ex quo facta eſt uox.i. poſtq̃. Ex nihil uel ex nihilo deus fecit oĩa. Prius nihil erat creatum, & poſtea à deo creata ſunt oĩa. Ex hoc poſt hoc tẽpus, poſt cœnã in qua paſcha mãducabim, nõ manducabo illud donec impleat in regno dei. Nũquid poſtq̃ paſcha fuerit impletũ, in regno dei illud manducabit dñs Ieſus? Minime. Quoniã cũ uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte fuerat. Itaq; dñs Ieſus qui per ſuã paſſionẽ immortalis efficitur, & glorioſus, cibo poſt illã non erit indignus. Quare hoc paſcha peracto, aliud minime mãducabit. Neq; uero aduerbium donec ſemper id ſonat ut fiat poſt aliqd, quod antea nõ fiebat. Dicit.n. Dauit. Sede a dextris meis, donec ponã inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum, ubi inimicis poſitis ſub pedibus ſaluatoris ſedere nec incipit nec ceſſat rex pacificus ad dexterã patris, qui in principio erat apud deũ, & erit ſemper qm̃ eſt deus. Item donec trãſeat cœlum & terra, ſurſum eſt dñs, non hoc ſibi uult, ut poſtq̃ cœlum & terra trãſierint, deſinat dñs uel incipiat eſſe ſurſum qui magnus eſt & ſuper oẽs deos, ſupraq; cœlos oẽs. Quod ergo dixit donec compleatur in regno meo, eſt potius redditio cauſæ, q̃ reiterationis indicium. Vt ſit ſenſus. qa paſcha quod mãduco impletur, & finẽ habet in regno dei, in eccleſia militãte, quã per ſacramẽtorũ cõfectiõem exordior. Ideo ex hoc.i. poſt hoc, illud .ſ. paſcha moſaycũ, non manducabo, quia obſeruantia huius figuræ tollitur è
d medio, & illi ſuccedet euchariſtiæ ſacramentũ. Vel quia in regno dei.i. eccleſia triũphante, ad quã per meam paſſionẽ ueniẽt hoies, completur omne paſcha .i. oĩs tranſitus & permutatio. Nulla.n. eſt apud patrem luminũ tranſmutatio. Et ut aptius ſenſum huius ſcripturæ referã, qa imminet paſcha aliud in regno dei, Sacramentorũ .ſ. noua traditio in mũdo inferiori, gloriæq; cœleſtis plena poſſeſſio in mundo ſupiori. Ideo nõ comedã poſt hæc illud paſcha moſaycũ, quod uobiſcum nunc manduco

¶ De uino in potum dato discipulis
ante muneris exhibitionem.

TACCEPTO calice grās egit,& dixit:Accipite & diuidite inter
e uos. Dico.n.uobis qa non bibā de gnatione uitis,donec regnū dei ue
E niat,Qm saluatorē primo uinū nō bndixisse,sed tm accepto calice gra
tias egisse,discipulisq; dispartiēdū inter se tradidisse legimus.Cū uero iā panē
sua bndictione uertisset in carnē,uinū bndixisse,& in sui sanguinis substantiā
cōmutasse,bis à dño in cœna discipulos fuisse potatos aduertamus oportet,ui
no.s.ante cōsecrationē panis,deinde sanguine in calice cōsecrato.Accepto er-
go calice.Vas erat q̄ bibere solebant in mēsa cōuiuæ. Est porro rōni cōsenta
neū hoc uas (quodlibet figurę fuisse credat) fuisse grandiusculū,ut de illo tot
hoīes bibere possent.Gratias egit deo,q̄ suū desyderiū de legali cœna cū ma
tre & apostolis sumenda cōplesset.Potuerunt (ni fallor) hęc fuisse uerba dñi
F Iesu calicē tenētis in manu.Gratias tibi ago optime pater,q̄ desyderii mei cō-
potē me fecisti.Māducaui pascha cū matre,cū discipulis meis, ꝙd pro amoris
magnitudine,pro tpis lōgā expectatione, pro imminēti magnę necessitatis ar
ticulo,desyderio magno cōplere desyderaui.Laui pedes apostolorū,ut plene
illos mūdarē,mūdatosq; relinq̄rē.Mūdati sunt.Gratias ago tibi,a q̄ bona cū
cta ꝓcedunt.Vertit post hæc sermonē ad apostolos.Qm igit comestus est le
galis agnus,& loti sunt pedes uestri ut humilitatē disceretis & bnficentiā, en
ego dns uniuersę terrę,& oīs ueritatis edocēdæ magister,q̄ ministrū me gessi
lauans pedes uestros genuflexus corā uobis,nūc sedēs inter uos,& in loco ma
gistri,iterū quasi minister uobis potū porrigo. Accipite & diuidite inter uos,
unusq̄sq; habeat partē suā.Diuidite inter uos inq̄,ne qs uestrū sit talis mune-
ris expers,sicut ne qspiā a pedū lotione exclusus est. Dico.n.uobis q̄ nō bibā
de gnatione uitis.i.uinū in uite generatū,donec regnū dei ueniat.Hęc ut prius
intelligēda sunt.Quasi dicat hoc ultimo q̄ bibo uos oēs bibite mecū,post hūc
enim potum traditum discipulis,dns Iesus non bibisse legitur.

¶ An dns Iesus suæ matris lauerit pedes sicut apostolorum
pedes in ultima cœna.

Via intelligere mihi uideor ambigi hoc loco inter uos an Christ⁹ ma
q tris suę lauerit pedes,& an illi porrexerit potū sicut discipulis,afferam
q̄d de his rōni cōsentaneū uideat,ferre inde sentētiā uestrū fuerit.Ob
mitto pudorē uirginis nō decuisse nudos pedes lauādos eorā tot uiris offerre
q si erant discipuli dñi Iesu,hoīes tn erant,nondū in gratia cōfirmati, nondū
pedes.i.affectus purgatos habētes,q̄s purgare restabat.Erat uirgo grā plena,
erat obūbrata spū sancto,cui⁹ uirtute oē⁹ eius affectus tēperati fuerāt, Quod
igit in ea lauare hēre nō poterat,nō poterat etiā partē nō hēre cū filio,q̄ gra
tiā apud dnm patrē assecuta fuerat,unde unigeniti sui m⁹ter,cœlorū regina,
G & angelorū dña cōstitueret.Dispar lōge,ualdeq; dissimilis est ratio lauādo⁹
pedū,& calicis epotādi. Vinū.n.de q̄ (ut ego existimo) filius bibit,& apostolis
bibendū porrexit in signū charitatis datū est.Loti uero sunt pedes ad mūdi-
tiæ designandū supplementū.Quare matri quā charissimā habuit cur nō por

rexerit potum n⁹lla mihi constat ratio.Quid nunc de his magis appareat rōni
consentaneum,uos iudicate,& deinceps sustinete hic & uigilate mecum,attē
dentes quid de munere quo dns Iesus donauit apostolos Lucas referat.

¶ De gratiis duabus actis a dño Iesu dum fregit panem
quem in se conuertit.

T accepto pane gratias egit,& fregit,& dedit eis dicēs.Hoc est corpus
e meum quod pro uobis datur.Hoc facite in meam cōmemorationem.
Similiter & calicē postq̄ cœnauit dicēs.Hic calix nouū testamētū est in
meo sanguine, qui pro uobis effundetur. Si usq̄ alias opus fuit substinere &
uigilare,hic maxime uigilādum,attētissimeq; substinēdū existimo,ut inauditi
muneris quo Christus donauit apostolos rationē & excellentiā agnoscamus.
Qm inest accipiēdis muneribus erubescētia quædā quā sermo dantis augere H
solet,qui uerbis munus extollunt,muneri suo detrahunt gratiam, Quare dns
Iesus sub modici panis & uini speciebus,corpus & sanguinē suū apostolis do-
nans,quo poterat paucioribus & maxīe ad rem faciētibus uerbis utī,offerēdo,
donādoq; se ipsum,Dic Lucas.Accepto pane gratias egit.Gratia bonum siue
mun⁹ est, ꝙd præstatur præter debitū,lege aut lōga cōsuetudine cōprobatū. I
Nam si ex lege iā non ex gratia.Et qm in gratia huius muneris ratio tota soli
datur,quas egerit gratias hoc sacramentū conficiendo (ut possumus) exami-
nem⁹. Prima in hoc muneris gratia fuit panē frāgere.Sed quomodo frāgere?
Nō tm in partes distribuere,sed saluis panis accidētibus eius substātiā tollere,
immitere meliorē.Fregit ergo Iesus panē,qn panis substātiam substulit,& sup
pleuit carnē pro ea,nō qualēcūq; carnē,sed suam.Est certe hæc gratia grādis. K
Non.n.habet lex,nō consuetudo naturæ creatæ sine dispositione prævia,unā
substantiā auferri,& aliam mox immitti.Accessit huic altera gratia,accidentia
manere,transire substantiam siue subiectum quod etiam creata natura nunq̄
fecit aut facere poterit.Secundum nempe uires suas natura dū agit,accidentia
in primis remouet amica substātiæ,cuius formā è medio tollere uult,& simul
inuehit inimica,illa expellens,ne aduentantem formā nouæ substantiæ impe-
diant, ingerens ista,ut illi sint auxilio quā adducit.Inde fit ut priora accidētia
manere non possint uirtute creata,Si prior substātia p naturā penitus auferat. L
Natura uero creatrix qm infiniti uigoris est,qm nihil illi resistere potest,qm
tempore metiri nō ualet,in momēto,in icto oculi, nullis dispositionibus præ
uiis,nullo accidente priori aliquatenus īmutato,ipsor⁹ accidentiū substātiam,
siue (ut sic dixerim) formā substātialē aufert qñ uult,& materiā quā de nihilo
esse iusserat,si uult ad nihilū redigit,saluis accidētibus quæ substātia ex forma
cōstans ac materia in se ferebat. Vis horū rationē exēplo colligere? En accipe
Si ciuitas oppugnetur,nōne princeps obsidionis prius admouet mœnibus &
propugnaculis machinas.Mœnia deinde machinis sternit,fugat hostes,mili-
tesq; suos immittit.Post hæc dominātem ab imperio deicit.Ipse tandē ingre
ditur,& suā efficit ciuitatē. Quid ita? Quia finitæ uirtutis est & resistētem ini
micū eiicere non pōt,nisi ꝓprios immittat amicos.Hi ingredi nequeūt,nisi ho
stis tenentis ciuitatē defensores pellat, hos neq̄t profligare saluis mœnibus.

Vt igitur ciuitatē obtineat,machinis aggreditur æquare solo mœnia,suos im
mittere q eiiciāt aduersantes.At si tanti forent huic principi bellatores,ut sal
uis mœnibus & inimici defensoribus in urbe manētibus inimicū a principatu
deturbare,sedq principē posset cōstituere,nūq eiiciēdis hostibꝰ tēpus tereret.
Itaq primę causę uirtus,primā materiā q est oīs substātię,oīmq accidētiū do
M miciliū primū,nullo adminiculo attīgēs & uersans,cuiuslibet substātię accidē
tia saluare & seruare pōt,materia sil & forma,siue substātia penitꝰ inde sublata

¶ Siue creatus sit mundus siue æternus à prima tñ causa primam
materiā sine adminiculo uersari fatendum est.

Ed dices,rationi nō consonat primā causam ad materiā nudā suas ui
s res extēdere,Si uis respōdeā.Da quęso.Quod multi philosophi neq
spernendi pfitentur,mundū.s.esse creatū,& in principio,rudē primū
materiā apparuisse ex nihilo.Quis hāc quęso digessit in species,nisi prima cau
sa? Primā igitur causam quā a principio creatricē naturā dixi,ad materiā nu
dā suas uires extēdere,negare nō poteris,si cū multis philosophis mundū sta
tuas nō esse sempiternū.Ia audire uideor q̄sdā plus q̄ oporteat sapientes q di
cant nō esse cōfessum inter philosophos mundū esse tpaneū.Quinīmo a mul
tis & sane p̄claris statui sempiternū.Ab aliis itē asseri q̄titatē coæuā esse mate
riæ,qꝑ si iuxta illos mūdus asseratur æternus,nō erit cur uigor primę causę ma
teriā nudā adeat immutādā.Et adhuc si mūdus tpaneus asseratur,nunq prima
causa materiā nudā inueniet,quā aliorū opinione q̄titas semp uestit.Ante oīa
dicere possem nō plus esse cōfessum mūdi uetustā eternitatē q̄ nouitatē essen
di,& saltē multis accedētibus philosophis nō tā uetustū mundū asserētibus est
N rōni consentaneū,naturā creatricē q mundū fabriçauit,primā ad materiā suas
uires extendere potuisse, īmo extendisse aliq̄n dandū erit.Meminerint tñ pri
ores mūdi extēdentes ætatē,creari posse etiā aliqd q̄d æternū sit, nisi Platōis
sententiā penitus aspnentur,& hanc ipsam mundi structurā meminerint ma
teria,forma,agentęq cōsurgere,q̄ si uera sunt, agens q̄d æternitatis fundamē
tum est,& ab æterno secundū platonicos fabricauit æternū,eternā materiam,
nudā oī forma mundana,infinita dudū æternitate uersauit.Meminerint alteri
materiā a dimēsionibus nunq separātes q̄titatē,nō habere agēdi uirtutē.Itaq
deus q materiā q̄tā (ut asserunt) uersat q̄n uult,nulla uirtute extra ipsum po
sita,nullis dispositionū machinis necessario adhibitis illā commutabit. Neq
nos paulo ante plus aliq̄d sumpsimus,nisi q̄d deus nullarū in dispositionū uiri
bus ab opę pagēdo poterit īpediri.Nullarū ue itē dispositionū adminiculo ad
agēdū erit īdignꝰ.Ita nihil obstabit q̄ minꝰ unā substātiā destruat,cuius accidē

¶ Tres alię gratię quas fecit dñs Iesus frangēdo panē (tia saluet.
& in se conuertendo.

Aec porro accidētia a sua substātia panis.s.natura destituta q̄n panem
h fregit dñs,aliā substātiā circūtegere,& occultare minime potuissent,q̄
illa nō sustineret et ferret in se.Egit,ꝓpterea dñs alias gratias.Velāt,cō
tegunt Christi corpus.Cōtinēt carnē eius & sanguinē.Cōtegūt totū Christū,
neq tñ in eius carne uel sanguine,neq in hoīs substantia cōseruātur,nec illis

adhærent,nec sustentant in illis.Hic si quæras quid ꝓhibeat illa accidentia.i. al
bedinē,figurā,saporē hostiæ,siue panis,inesse corpi saluatoris? Colorē, odo O
rem,liq̄rem uini cōsecrati messe eius sanguini? Respōdeo in primis gloriā sal
uatoris id ꝓhibere.Corpus nāq eius incorruptibile, sanguis oīmi fece purga
tus,& oīno inalterabilis,accidentia corruptibilia capere non debet.Hæc ꝓter
ea accidētia humano corpori uel sanguini non conueniunt. Fluūt.n.à mixtura
elementorū lōge inde remotissima unde coalescit corpus humanū. Quare ne
fiat iniuria corpi nobilissimo,& sanguini super oīa mixta pfectissimo.Ne fiāt
iniuria gloriæ huius corpis sup oīa corpa hoīm natura & gratia elegantissimi
facit ꝓ gratiam Christus panis & uini accidentia suo corpi non inhęrere.Cur
cū substantia corpis & sanguinis sui dñs Iesus non faciat ꝓmanere substantiā P
panis,aut aliā immittat substantiā q̄ accidentia illa sustentet,qm̄ q̄ sciuit,potuit
& effecit unā psonam deum simul & hoīem esse,potuit eidē addere panē, aliā
ue substantiā si uoluisset.Respondeo.Potuisset certe si uoluisset,at noluit, qm̄
expediens non fuit. Oportebat deū fieri hoīem magna rōne,quā (ut deus de
dit) tractantes de annunciatione & uerbi incarnatione narrauimus.Non sic
oportuit deū fieri panē aliamue substantiā,quod factū esset,si panis substātia
diuinę personę instar humanitatis fuisset unita.Licuisset.n.dicere panis est de
us,sicut uere licet dicere homo est deus.Quod qm̄ nō est oportunū sine rōne
& penitus absurdū existimare deū id efficere. Adhuc qm̄ creata natura nūq
ꝓ plura facit q̄d pauciorib9 pōt absoluere, ne casso labore se ipsam exerceat.
Natura increata quæ lōge est sapiētior, cur plura ibi faciet, ubi pauciora suf
ficiunt? Potuit deus si uoluit accidentia panis & uini seruare,& ꝓmanētiā illis
cōcedere sine subiecto.Non ergo debuit uel panis substantiā in hac fractiōis
gra cōseruare,uel eius loco aliā immittere,non.n.q sapiat gratiā facit,aut iniurio
sam aut superuacuam,Si adhuc quærere pergas .Sed quomodo potuit quod
naturę lege non constat? Rndeo meminisse oportet quod ab initio dixi dñm
Iesum hæc fecisse per gram. Qm̄ q̄d usus non habuit,q̄d creatæ naturæ ratio
oīno nesciuit,increata peregit. Si præterea ingras,qua nam ratione id facere
potuit? es certe importunus. Nōne paulo ante monstrauimus diuinā uirtutē
oīa creata ut libet se sola, sine ullis machinis, sine repugnantia in dispositionū
antecedētiū,sine adminiculo subsequētiū posse uersare? Tritū est.Nō minor
est uirtus q̄ quærere parta tueri.Illa igitur uirtus quę oīa creata cōficere suf
ficit,se sola cur non sufficiat eadē conseruare? At nunq accidētia sine subiecto
creauit,Fateor,Creauit tñ illa creando subiecta,qñ subiectū iussit esse cū illis.
At quia potuit,ut iam cōstat,subiectū absq illis efficere,cur quæso nō possit
remouendo subiectū accidētia cōseruare? Quia iā nō erunt accidētia,non.n.
accedent alteri,nec alteri accident,nec penitus inhærebunt, Ne quęso iccirco
diffidas,habebūt inhęrentiā in aptitudine.i.rationē qua ualeant & debeant in Q
hęrere,& substentabuntur primæ causę uolūtate sola.Itaq rōnē accedentiū,
uel accidētiū nō amittent,Qm̄ iuxta.Aristotelis logicā & methaphisicā nō in
actu sed in aptitudine naturali,rei cuiusq ratio siue diffinitio cōseruat.Neq
erunt penitus sine substētante,q̄uis illi nō inhęreāt, substentabit illa uoluntas

oīpotentis,cui tñ non inhærebunt,Qm̃ tam debile & infirmū tam ſolido tāq; R uiuaci ꝓpinquius neq; accedere. Vis exēplo doceā aliq̄d ſuſtētari,neq; inhæ rere tñ,uel tangere ſuſtentantē? Qua quæſo ptāte legatus in ꝓuincia dicit,po pulis iura? Nēpe principis legātis. At neq; princeps neq; principis uires illū tāgunt. Suſtentat igit autoritas principis per ſolā uoluntatē cēm uigorē,rigo remq; legati. Calefit aqua a ſole,& ab eodē calida conſeruat,nunq̄d ſolis ſub ſtantia tangit aquā? Sola uirtus ſolis hoc facit ſole penitus īmutato,Ita ſola uo luntas dei illa accidentia ſine ſubiecto cōſeruat,q̄ deū uel eius uoluntatē nulla tenus tangunt. Magnes ſuſpendit ferrū,& q̄d natura propria ferr ad centrū, naturę potētioris ui in ſublimi ſtare cōpellit,neq; tñ tangit magnes a ferro. Si mihi non credis,crede expimento uulgatiſſimo p q̄d aſſerit arca qua Mahu meti oſſa cōcludi dicunt ſine repagulis ſine ſuſtinentibus ſtare ſublimis,& p æqualia ſpacia aſtructura in qua eſt locata diſtare. Qm̃ arca ipſa ex ferro,pa rietes uero q̄bus continet magnetę ſunt fabricati. Cur nūc non cōfiteamur nō eſſe incredibile (qm̃ a rerū natura non eſt alienū) ſuſtentari aliq̄d,neq; tñ in hærere ſuſtentanti? Hic ſi obiicias,color nēpe figura panis & uini cōſecrati, q̄titatibus ſuis ſup extenſa nonne in ea cœna manebāt,& nūc in altari manere uident? Manebant certe & manent. Quō igit dicemus accidentia in hoc mu nere non fuiſſe,& modo nō eſſe ſuſtentata? Neq; hoc te moueat uelim. Qui S hæret mobili ſi illud moueat,nunq̄ ipſe erit immotus. Qui in arena ædificat q̄ uis a ꝓfundo ſiue ab alto opus incipiat,ſine fundamento tñ creditur ædifica re. Qm̃ id nō eſt ſtabile in q̄ primordia iacta ſunt. Quātitates igitur huius mu neris ſpoliatæ ſubiecto,ſubiectū eſſe non poterāt neq; poſſunt. Itaq; colores figuræ,reliquaq; panis fracti & uini in ſanguinē uerſi accidētia, licet q̄titatib⁹ eſſent tunc,& modo in euchariſtię ſacramento ſup extenſa ſint nō tñ ſuſtenta bantur in illis,neq; modo ſuſtentāt in alia quauis creata natura, ſed ab increa ta natura tunc conſeruebant,& in euchariſtiæ ſacramento modo conſeruan tur per gratiam,quam dominus Ieſus fecit dum fregit panem, dumq; uinum ſecundo benedixit.

¶ Alia gratię à Chriſto facta dum panem conſecrauit & uinum.

Onſueuerunt corpa ſuis locis circūcluſa manere,& iccirco locata maio T c ra nequeunt eſſe q̄ locus. Vbi.n. aliq̄d cōtinetur,& undiq; clauditur a claudente capi totū neceſſe eſt. Modica panis fragmēta tā exigui Chri ſti corpus cōtinere quō potuerunt? Natura hoc nō capit, neq; ratio intellige re ſufficit. Fateor plane ſi ad naturā creatā aſpicias,corpus ſuo loco circūſcribi penituſq; cōcludi,& idcirco locū nunq̄ minorē,ſemp aūt æqualē aut maiorē V conuenit eſſe locato,Itaq; Chriſti corpus corporeo modo locatū in pane fra cto,ſanguis in uino bñdicto eſſe nō potuit. Si uero ſpiritualia aſpicias,uidebis non ſolū naturæ creatę uirtute,ſed ciuili etiā diſciplina maiora minoribus im mitti,eſſeq; penitus in minore repoſitū maiꝰ atq; locatū. Videbis itē rem unā multis in locis eodē tpe penitus inueniri. Videbis uno loco illā deficere,auge ri in alio. Videbis hāc ipſam rē totā nedū in toto loco,ſed in qualibet pte loci integrā ꝑmanere. Per gratias igitur quas egit dñs Ieſus dum fregit panē & in ſuum

ſuum corpus cōuertit,dū uinū uertit in ſanguinē,q̄d ſpiritui deus tribuerat ab initio ut deus nunc corpi ſuo condonat,q̄d in accidētibus pānis,& in uini acci dentibus ſanguinē ſuū quaſi in loco repoſuit,nō tñ ſolito modo locandi corpa duo q̄ diximus in illis continentibus ſe habere uoluit. Sed quō nonnulla penè ſpiritualia,& ſpiritui ualde ꝓpinqua locū hēre dicūtur. Nōne ſi princeps lega X tū mittat ſua p̄ditū iuriſdicēdi impādiq; facultate,erit facultas principis tota in legato q̄ mittit? Erit certe. Neq; tñ miſſus a pricipe penitus ſecundū has facul tates æqualis eſt illi q̄ miſit. Ita q̄ poteſtate minor eſt,maiorē ſe ipſo recipit pō teſtatē. Fac nūc (q̄d ſæpe cōtingit īmo expedit fieri) plures legatos ab eodem principe p̄uaria loca ad regēdos populos,moderādaſq; prouincias deſtinari, nonne una principis autoritas erit in ſingulis? nōne erit in uariis locis integra & ſibi ipſi penitus æqualis? nonne hæc ipſa autoritas hic diſtribuet p̄mia bo nis? illic pœnas ſumet de male meritis? Fac nūc unā ciuitatē aut ꝓuinciā oppu gnari bello,aliā pace frui,nonne impioſior erit principis autoritas inter paca tos q̄ inter bello uexatos? Fac ꝓuinciā ab hoſte bello expugnari. Nōne expu gnatus princeps in ea p̄det autoritatē,quā alibi retinebit? Nonne tota princi pis autoritas eſt in toto principe,nō plus in pede q̄ in capite? Nōne eſt in qua libet eius parte? Dic tu mihi,q̄ pars principis ſit minus impioſa. Scio iura p lin guā principē dicere,tñ iuris dicēdi autoritas in lingua nō eſt ſola. Scio illū ius ſcribere manu. Ius tñ ſcriptū nō a manu ſola ſumit efficaciā. Eſt adhuc facultas principis in principe tota,neq; minus tota ſingulis in legatis. Si totā ſingulis dedit. At ſi unū magiſtratu ſe abdicare iubeat,nō deſinet eſſe ī illo iuriſdictio & durabit in aliis q̄bus abrogata non eſt? Quid ita? Qm̃ princeps ſuis in lega tis non modo corporeo ſe reponit,nō ſe illorū dimēſionibus circūſcribit,ſed p̄ p̄ſtitā autoritatē p̄ſentiā exhibet,dū illis aſſiſtere uult & aſſiſtit,ut q̄cūq; le gati faciunt principis uoluntate ſint facta,ac ſi corpe illic princeps circunſcri Y ptꝰ haberetur,ubi uolūtate cōſtituit ſeſe exhibere p̄ſentē. Lucerna qua noctis fugamus tenebras una domus parte ſita p̄durat,& domū illuminat uniuerſā una (ut ita dixerim) illuminatio nonne totā domū capit? At certe longe minꝰ eſt corpus flāmeæ Pyramidis,lumen exhibentis in igne q̄ domus tota. Minꝰ eſt inſup parte domus,& tñ partes domus ſingulæ ac ſimul oēs unā illumina tionē ab uno lumine capiūt. Neq; n. hactenus inuētus eſt docens q̄ pars lumi nis cui loco in domo p̄luceat. Lumen igit q̄d eſt corpus,ſe totū q̄que diffundit uariis domus partibus,cōſimili figura ab illo æque diſtātibus,neq; minus pro modo ꝓpinqtatis uniuerſę domui q̄ ptibꝰ lucē ſufficit īpartiri. Male actū erit cū ſtellis,cū luna,cū ſole,ſi locis & ſpaciis q̄bꝰ lucēt arctari uoluerimꝰ lucē tātā peius ſi diuiſerimus in illis lucē quā hñt integrā & penitꝰ indiuiſibilē. Peſſime ſi eorū lucē deficere ſtatuerimus,qm̃ lucere alicubi deſināt. Nō deſerūt cœlū ſydera,neq; a ſua ſphæra diſcedūt,qa lucē ſuam terris exhibeāt,nō minus eſt fulgoris in illis,quia nunc minus & uni hemiſphęrio fulgeant. Non extinguū tur,quia alicui terræ angulo lucere deſiſtūt. Quid ita? Quia non per loci cor porei circunſcriptionem lucem exhibent,ut ubi lucent,illic ea corpore circun ſcribi neceſſe ſit,ſed uigore cœleſti, qui ſpiritui propinquus eſt,dū aliis lucēt,

in se manēt nec a loco discedūt. Splēdorē nāq; discribuūt nō diuidunt, dāt totā
Z lucē, & nihil eius amittunt. Has gratias Iesus fecit qñ panē fregit, uinūq; bñdi
xit. Dedit. n. tūc suo corpi suoq; sanguini uirtutē sese exhibēdi ptātem panis ui
niq; spēbus & in illis efficere q̄ credit sancta mr̄ ecclesia & nos nō multo post
enarrare studebim⁹ si mō ad ea intelligēda sustinueritis & mecū uigilaueritis.

¶ Confirmatio & declaratio eorum quæ proxime dicta sunt.

Ed iam pspicio qd uos moueat. Princeps q̄ legatos mittit adest qdem
s illis p autoritatē & uoluntatē. Secūdū uero corpis uitęq; substātiā nō
est psens legatis emissis. Sic ne res se habet & in hoc munere? Minime
sed cū uoluntate & autoritate corpus aiam suā deum et hoiem secundū substā
tiā spēbus panis & uini facit adesse Iesus. Cur quęso princeps corp⁹ sicut auto
ritatē in legatis nō circūmittit? Quia neq;, credo respondebit. Quia hō est, &
nil supra hoiem pōt, manet unico loco p corpus, adest pluribus p autoritatē
A & quasi psentia uoluntatis. Nō oīno tenebat istis angustiis dñs Iesus in ultima
cœna & nunc tenet minus. Quid ita? Nōne uerus hō tūc erat? Nunq̄d aliq̄d
nūc hēt plus q̄ tūc? Erat tūc hō ut nos, sed secūdū aiam plene beat⁹, q̄d nos mō
non sumus. Et qm̄ aia beata corpus (nisi aliūde impediat) habet gloriosum, q̄
uis uolēte deo patre, ipsoq; filio dei redēptore nostro dño Iesu Christo dispo
nente suæ aiæ beatitudo ante passionē corpus non cōpleret, ne suę passiōis &
nostrę redēptionis opus impediret. Potuit tñ munera glorioſi corpis pro lo-
B corū, temporū rerūq; oportunitate in corpus emittere. Quēadmodū fecit ali
qñ. Igit̄ q nascens claustra uirginitatis integra seruauit in matre, qm̄ tunc mu
nere subtilitatis & agilitatis usus est pro gloria matris, q̄ sup aquas siccis pedi
bus ambulauit. Qm̄ agilitate seu leuitate corpis funct⁹ p discipulis naufragio
liberādis, q̄ sine cibo p quadraginta dies & totidē noctes māsit in mōte, ut con
tēplationis & orōnis studiū cōprobaret. Qui etiā in mōte resplēduit, qm̄ clari
tatē in corpe suo futurā ppetuo ostēdere uoluit, potuit p eadem subtilitatis &
agilitatis munera, corpus suū psens exhibere panis accidētibus qñ panē fregit
& sanguinē accidētib⁹ uini qñ calicē bñdixit. Egit igitur Iesus corpi suo qñ fre
C git panē has gratias, agilitatē & subtilitatē illi cōcessit ad tēpus. Hic est ille idē
Iesus aduertite uiri, sustinete q̄so & uigilate mecū, hic est inq̄ q post resurrecti
onē suā, ad discipulos suos ingressus est p ostia clausa, cuius corpus si p suę mē
sura q̄titatis locū occupauisset, ligni naturā tā dēsam parietū structurā tā solidā
sine eorū aptura, aut sine scissura nunq̄ penetrare potuisset. Qua igitur p glo
riam plenā et pmanentē in corpe resuscitato, non est coarctatus ostii densitate
uel soliditate parietū, eadē ante passionē ex parte & ad tēpus eidē corpi cōces
sa non est a panis & a uini accidētibus circunclusus, & nunc in q̄tidiana eucha
ristiæ oblatione coarctari minus potest. Qm̄ corpus illud sanctissimū gloria
iandudum plenum, immortale, lucidū, agile & subtile perdurat. Subtile inquā
nón q̄ partes eius tendant in acutum lineæ uel puncti, uel q̄ propriam figu-
ram aut ordinem amittant organicum, sed q̄ salua harmonia concentuq; mē
brorum, neq; a corpore, quamuis solido retineri. Itaq; fratres quibus iā est p
suasum Christi corpus esse gloriosum & nr̄a corpa (si gloriam assequantur)
posse

posse transire per solida, neq; a solidis coarctari. Aīo si uigilaueritis, & rōnis
aciē integrā sustinueritis, clarę p̄cipietis dñi Iesu corpus accidentibus panis et
uini nō fuisse in ultima cœna cōclusum, neq; in eucharistię sacramēto hoc tpe
manere restrictū. Quod. n. solida substantia nō occupat, nō phibet, non tardat
uel concludit intrinsecum tenuia accidentia si noluerit nunquam coarctabunt.

Onfitemur unā syderū lucē lucere multis in locis, unā principis autori
c tatē multis adesse legatis. Cur igit̄ ambigemus uigorē diuinitatis oīm
luce infinito, ut ita dixerim, spiritualiorē oī principe impioriorē se pos
se pluribus locis secūdū substātiā exhibere pōtem? q̄ se oī loco exhibeat neces
se est, secq; uere exhibet ubiq; totū & integrū, ut non sit locus plene deo non D
plenus. Hæc inq̄ diuina natura q̄ ubiq; est tota, & usq̄ deesse nō pōt, q̄ Christi
humanitatē aīam. s. rōnalem, carnē & sanguinē Christi sibi associauit, et insepa
biliter iūxit in unitate psonę, qñ uoluerit cur illa nō secū exhibebit psentia ac
cidentibus panis & uini, q̄bus totus est psens deus? Hac igit̄ rōne frangēs pa
nem dñs Iesus christus in ultima cœna se totū singulis fragmētis imisit, & nūc
singulis hostiis, singulisq; calicibus consecratis p oēm terrarū orbē exhibet se
psentē, dū deus q̄ ubiq; est totus, corpus & sanguinē Christi sibi insepabiliter B
p gratiā sociatū, illis speciebus ineffabili modo facit adesse. Si dicas hac ipsa rō
ne hęc caro, hic sanguis & totus Christus secūdū hoiem erūt ubiq; pntia, neq;
plus sub accidētibus illis in ultima dñi cœna, uel modo in eucharistia q̄ aliis lo
cis continebit̄. Deus. n. æque ubiq; est, cui Christi humanitas credit̄ associata.
Rñde tu prius. Deus q̄a ubiq; equaliter est, nūq̄d ubiq; æq̄liter opat̄? Mini
me, Cōstat. n. uariis in locis & tpibus fieri diuersa, & aduersa sine numero, &
tñ idē deus ubiq; est, & q̄cunq; fiūt in oībus opat̄. Quid ita? Qm̄ hæc diuina
uirtus & autoritas extra se opat̄ ut libet, nulla nature necessitate sed libera uo
luntate. Itaq; hic agit hoc ut uult, & alibi aliud, q̄d etiā uult. Exhibebit igit̄ si uo
let aliq̄d sibi associatū hic psens, q̄d alibi nō exhibebit, q̄a exhibere nō libebit
Exhibebit hic aliq̄d psens uno modo, q̄a sic uolet, & alio modo exhibebit alibi
q̄a aliter uolet. Itaq; humanitatē Christi quā sibi deus sociauit ad unitatē pso-
nę, uniuitq; ppetuo, in supiori cœlo locauit in gloria, ubi tanto melior est an
gelis effectus, q̄to excellentius pre illis nomē hereditauit. Eo loci Christus lo-
caliter residet, & spacii ambitis lineis circūscribit̄, nec unq̄ inde discedit, nusq̄
sic est p uniuersū orbē, nisi gra speciali localiter uelit qñq; descēdere, q̄d rarif
sime factū credūt, q̄ recte sapiūt. Hāc ipsam humanitatē q̄tidie deus pntem ex
hibet, retinetq; sacramētaliter in eucharistię sacramēto. i. secūdū corpus illis ac
cidētibus facit esse pntem, nō tñ circūscriptā uel circūanguſtatā. Sumis igit̄ nō F
causam totā p tota causa. Etem̄ sola diuinitas & societas eius cū carne Christi
cā nō est tota p quā Christus cōtinet̄ in hostia, sed uolūtas dei, vñ descēdit oīs
gratia, Quare significātissime dixit euāgelista, gras egisse dñm saluatorē, fecit
em̄ p diuinā uoluntatē oīpotentē mirabilia tūc multa, sed nō penitus impossi G
bilia, fecit mirabilia, sed nō incredibilia, Mirabile nēpe est, sed non incredibile.
Christi corpus tā magnū paruis admodū accidentibus cōtineri nec minorari.
Qm̄ & ciuili instituto grādis imperatoris autoritatē maximā, priuatus hō lōge

minor impio totã accipit nec minuit,& lux ſolis tã grãdis,tot tugurio continetur exiguo,nec tñ anguſtat ab illo.Mirabile eſt Chriſti corpus eſt ſanguinem tot locis eſſe pñtem,qt locis p orbẽ Chriſtianũ ſacramẽtũ euchariſtiæ qti die cõficit,cõſeruatur & ſumitur,& qd oẽm mirabilitatẽ ſupat,nunq̃ cœlũ dimittere & tot in altaribus,tot in repoſitoriis pmanere. Sed nec ſunt hæc incredibilia,uel penitus impoſſibilia.Qm̃ uolũtas hoim facit hæc ipſa qtidie,& natura hęc eadẽ habet ſemp.Qñ & una principis autoritas eſt apud uarios eiminiſtros uaria p loca diſperſos,nec deſilit princeps ſuis lineis eſſe circũſcriptus,qa incipiat eius autoritas eſſe eo loci,& in eo hoĩe in q̃ nũq̃ fuerat.Et una lux ſyderis uarias partes orbis illuminat.Vna q̃q lucerna uarias domus ptes illuſtrat,& tñ cœlũ non deſerit ſydus,nec lucerna candelabrũ ſuũ. Mirabile eſt Chriſti corpus in hoc loco nũc eſſe incipe,& in alio nũc eſſe deſinere,& nõ mutari Chriſtũ ſecũdũ locũ,nec acqrere uel pdere aliqd ſecũdũ q̃duis mutationis genus.Sed nec iſtud incredibile eſt,pſtat hoc ipſum ciuilis inſtitutio,pſtat natura.Nõ.n.mutatur princeps,non acqritur aliqd eius priſtinæ autoritati qa nouos legatos emittat,nihilq illi ſubtrahitur ſi q̃ſdam reuocat,& ab officio iubet ſe abdicare.Nihil inſup ſtellæ acqrũt p noctẽ dũ uidẽtur,nihil p diẽ demitur dũ uideri deſinũt,nihil ſoli additur ſi pluribus oculis aut locis luceat, nihil demitur ſi paucioribus.Nõ dabis plus lucernę q̃ p eã plures uideant, q̃ q̃ paucis uel nullis oculis lumen p̃beat.Non augetur lucerna q̃ plures p fenestras lumẽ ſpgit,aut ad maiora ſpacia diffundit.Non minuitur ſi ad minora et p minora feratur.Mirabile eſt ſed nõ incredibile chriſti corpus eſſe totũ in toto pane,nec minus totũ ſingulis in partibus. Ciuilis uſus habet hoc. Natura luminis idẽ pſtat.Principis autoritas tota eſt in principe, tota in toto regno, & in qualibet regni parte nõ minus tota.Lumẽ ſolis eſt in ſole uniuerſo & per uniuerſũ terrarũ orbẽ lucet totũ,nec locis põt eſſe diuiſum.Mirabile eſt,ſed nõ incredibile.Corp Chriſti cũ bonũ ſit,& ſalutiferũ aliis,pdeſſe,aliis obeſſe ſumẽtib illud.Qui digne ſumũt,uitã ſumũt,q ſumũt indigne mortẽ accipiũt. Exhibet idẽ principis autoritas,q̃ ad laudẽ p̃miũq bonorũ,ad malefactorum uero uindictã pœnã & ſuppliciũ cõſtituta eſt.Exhibet idẽ etiã lux ſolis q̃ ſanis oculis eſt læta,debilibus triſtis,ſtringit,ſoluit,generat,& corrũpit.Nõ eſt igit cur ea q̃ de rõne muneris hui dicta ſunt credere recuſem.Si ſuſtinẽter,uigilãterq cogitabim,deũ (q cũcta põt)poſſe uni dare de nouo, qd alteri donauit ab initio.Rõ igit muneris ſicſe hẽt,ut dñs Ieſus frangẽs panẽ,& uinũ bñdicẽs, utriuſq ſubſtãtiã penit abſtulerit,utriuſq accidẽtia penit ſeruauerit.Hęc eã rõne facta credam,qa prima cã materiã primã põt ſola (ſi uult) attigere,et illã nullis diſpoſitiõib ĩterueniẽtibus cõmutare,& ut ita dicã ad nihilũ reducere. Hęc ipa accidẽtia pmanere fecerit ſine ſubiecto.Hoc nos credere faciet creatoris oipotẽtia,q̃ nõ minor ẽ ad cõſeruãdũ ſola q̃ ſeruari uult, q̃ creaturæ cuiuſlibet adminiculo cõmunita.Corp et ſanguinẽ ſuũ illis ſub accidẽtib cõſtituerit ſacramẽtaliter nõ localit.i.nõ claudi,nõ ãguſtari illis accidẽtib,nec alterari p illa,ſed ſub illis fecerit cõtĩeri, erit hoc facile creditu ſi hẽbim pſuaſũ dei oipotẽtiã q̃d uni naturæ creatę iãq cõpletæ cõceſſit,poſſe alteri cõdonare ſi uelit.

Licet

Licet.n.q̃ unã naturã cõſtituũt alteri donare nõ poſſit,priſtino eſſẽdi tenore ſeruato. Vt nõ põt eſſe canis aam hñs hoĩs,nec equus hñs mẽbra leonis,qm̃ hęc naturã faciũt,tñ q̃ naturis iã cõſtitutis aduenĩũt,põt deus dare qbuſlibet. Hoc ſi cogitabimus (q̃d & uere phyſici & mathematici nõ negarẽt) uidebim apte quõ Chriſti corpus & ſanguis cõtinent ſub ſpeciebus panis & uini,nõ tñ claudit illis,nec cõtaminat ſi illa putreſcãt,qa nõ tãgit illis,ſed illis adeſt,ut det gratiã hoĩbus,ipſum Ieſum pie ſub illis accidẽtibus,ſumẽtibus & uenerãtib & cũ eodẽ ſuſtinẽtibus patienter aduerſa,& uigilantibus ne proſperis obruãt.

¶ De ratione accipiendi euchariſtiæ ſacramentum

Ccipite & comedite.Nõ ſatis eſt fide ſumere hoc ſacramẽtũ, comedẽ
a dũ etiã eſt & mãdẽdũ ut ſapiat magis.Mãdit aũt nõ dentib corpis, ſed ſpiritus.Spe mãdẽdus eſt hic cib.Spei officiũ q̃ dẽtes habet ſupius & inferius,ſupius expectationẽ aſſequẽdi boni,inferius ſtudiũ euadẽdi mali.Accipiamus igitur & mãducemus hoc ſacramẽtũ ſperãtes p illud ſociari dño Ieſu Chriſto.Et qa nũc ſumus aduenę ac hoſpites tpanei in hac ualle mortalitatis iter agẽtes,obſeſſũ ignorãtia,piculiſq ſine nũero plenũ,p huius ſacramẽti uirtutẽ ſper ſm carnis & mũdi ſupare picula & a nobis effugare dęmonia,ita ueniemus ad futurã ciuitatẽ quã ingrimus,fierique merebimur in ea ciues ſanctorũ & domeſtici dei,ædificati ſupra fundamẽtũ apoſtolorũ & pphetarum, ipſum dñm Ieſum Chriſtũ q̃ ſe nobis dedit in cibũ.Speremus inq̃ p hũc ipſum cibũ fieri cohæredes filii dei,ditati ab eodẽ theſauris nõ deficientibus qs nec erugo nec tinea unq̃ poterit demoliri,qs fures nõ effodiẽt nec furabuntur. Erũt hi theſauri animi trãqllitas ſolida,ſanitas corpis integra,oim deſyderiorũ cõplemẽtũ,ſciẽtia nõ ambigua,errori nõ pmixta,pax timore carens & ſecura,amor ſtabilis incõcuſſus,ſine tædio,ſine piculo,ſine zelotipia amatũ poſſidẽs,ĩmortalitas,ĩmpaſſibilitas.Hi ſunt ſupiores ſpei dẽtes,p qs dñi Ieſu corp mãducãdũ & mãdẽdũ debemus accipe.Dẽtes ĩferiores ſunt cogitatio mali q̃d euadimus ſi digne ſumpſerimus,in q̃d labimur ſi ſumamus indigne. Euadim animi corpiſq dolores,qbus hic mundus inferior eſt uere plenus.Quid.n.eſt uita hoĩs ſup terrã niſi militia,niſi labor? uigilię lucta aduerſus carnẽ & ſanguinẽ,aduerſ mũdi rectores tenebrarũ harũ? Quę mala dñi Ieſu ſuffragiis euademus ſi illũ digne mãducauerim.Euadimus etiã pœnas infernas, uermes.ſ. q̃ nõ morientur,Ignes q nunq̃ extinguẽtur,Sitim p̃cordia exurẽtẽ,famẽ in æternũ rodẽtẽ uiſcera.Euadimus tenebras ꝑpetuas,Quę oĩa mala eos manẽt q hũc cibũ hũc potũ indigne mãducãt & bibũt.Qui.n.ĩdigne mãducat & bibit iudiciũ.i.dãnationẽ,q̃ dei iudicio reprobos manet,ſibi mãducat & bibit.Acci I
pite igit p intelligẽtiã fidei,& comedite p ſpẽ,ſperãtes hoc cibo miſeriã euadere,& fœlicitatẽ aſſeq ſempiternã Accipite ꝑpterea & comedite pie, munde, ſancte & innocenter Comeſtum porro p ſpem digerat charitas,hęc em ſola tranſſert amantẽ in rem amatam,& ambos inuicẽ iungit,iunctoſq cõſeruat. Audi ipſum panẽ quẽ manducas,Qui manducat meã carnem & bibit meũ ſanguinem,in me manet & ego in eo.Manet Chriſtus in nobis ſicut caput in mẽ K
bris dr pmanere,nos in illo ſicut ſub capite mẽbra,q̃ per caput ſeruant in uita Nullũ eſt memorũ in hoĩe q̃d capiti nõ obſequatur,& eius ſeruandi gra non

faciat,nō ferat oīa. Vt maneat in nob's dñs Iesus,sitq; nobis ꝯaput,ut uiuam⁹ ꝑ illū sicut mēbra ꝑ caput illū colamus,& eius gratia oīa faciam⁹. Ne discedat a nobis,illū totis uiribus retineamus,Ne nos deseꝛat,oīa ꝙquanimiter tollere mus.Caput hoc nostrū q̄d a natura ꝑ progenitores accepim⁹,uitā tēporaneā ingerit mēbris,& hāc ipsam malis plenā,q̄ (ut sit longissim⁹) finitur tandē,& interea morbis & incōmodis uexatur innumeris.Quā si cōtingat sine ægritu dine ad ultimā deuenire canicīē,nōne morbus est ipsa senectus? Vita quā sug gerit nobis Iesus Christus æterna est.Audi ipsum illū de se loquentē.Qui mā ducat meā carnē & bibit meū sanguinē hēt uitā æternā.Quis nolit huius capi
L tis esse mēbrū,q̄d uitā tribuit nō casurā.Sed dices,Morimur tñ,& ipse mortu us est qui comestus uitam æternam dare promisit. Ne turberis mortuus est, sed resurrexit,Mortuus est,ut te resuscitaret. Audi illum. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Ego q̄ fui mortuus,& ecce sum uiuus q̄a resurrexi,illū q̄ manet in me,illum in q̄ ego maneo,resuscitabo in nouissimo die.Quia licet mors ad tēpus illi uitā auferat,nō tñ auferet in ꝑpetuū.Cum desinet fieri nox.
M Cū aduenerit dies nouissimus,ille.s.dies q̄ mane hēbit nō uesperā,ille q̄ nullus erit nouior,q̄ ideo nouissimus erit,q̄ post oēs nouos,& nullus p̄ost illū adue niet,tunc illū resuscitabo,ita nō morietur in æternū,sed in tꝑe & ad tēpus tm̄, Dū nox esse poterit morietur. Viuet aūt nō ad tēpus,sed ad lucis ꝑpetuę æter nitatē.Q̄n in nouissimo die occasum nesciēte resurget nō occasurus.Si q̄s no
N bis ꝓmitteret talia,& ꝓsuasum hēremus eū posse p̄stare,oīa eius gratia facere mus,coleremus,amaremus,adorarem⁹ eūdē.Audi nūc,uigila,sustine si libere loquar.Aut fidē Christi ore nō corde ꝓfiteris,aut es penitus insanus & furio sus,si Christū dñm q̄ tot & talia bona cōferre pōt,qualia ipe de se loqtur,fides ostendit,spes porrigit,nō amplecteris in hoc munere,& illū per charitatē non amas super omnia,illi quantum potes non appropinquas,illum quantū uales ad te non trahis,nō transformaris in illum.Nemo mihi ꝓsuadebit unq̄ uere se credere dñm Iesum esse deum,esse redemptorem suū,esse cibum aīæ suæ, q̄ semper in illo sit mansurus,ut ei det uitam æternam, nisi illū amet sup oīa.Et certe si ꝓbatio dilectionis exhibitio est opis,nisi semp studeat ei in oībus,& ꝑ oīa fieri obsequiosus,nunq̄ ab eius uoluntate se cedere semper inuigilet.

¶ De multimoda rōne accipiendi eucharistiam.

Xcellētissimā nūc muneris huius dignitatē ut intelligere ualeam⁹ aliis
e ecclesię sacramētis ut possumus cōferamus.Habent alia ecclesię sacra mēta unū signū & unā rē.Hoc duo signa & duas in se cōtinet res,In ali
O is sacramētis,q̄d res est,signū esse nō pōt.In isto q̄d uere res est,alterius rei ue re signū est.Hęc quō se hēant audite,& q̄i hoc sacramēto signa sint,q̄ itē res at tēdite.Accidētia panis & uini uisibilia primum signū sunt.Corpus & sanguis Christi.i.Christus deus & hō illis accidētib⁹ occultatus,& inuisibiliter cōtētus nec coarctatus,prima res est,& tñ signi rōnem tenere pōt.Corpis.s.mystici rō se cūdū quā Christus caput cū fidelibus mēbris,nō organice sed officiose illis incorpatus,cōiūctus & cōcinens,unā eccleſiā cōstituit & cōseruat.Alia res est gratia gratū faciēs,quā p̄stat hoc sacramētū dū cōsecraꝛ,cōseruaꝛ & sumitur.

Accidētia

Accidētia panis et uini ita signū sunt,ut semp signa ꝑmaneāt,nūq̄ res sacramē tī euadere possint.Gra gratū faciēs cōtra,ita res est,ut signi naturā capę neq̄at Corpus & sanguis Christi,uel Christus hō ac deus ita res est,ut signū esse nō desinat. Vnitas ecclesię militātis ī hoc sacramēto locū hns rei,in signi etiā rōnē sine iniuria trāsire pōt.dū ecclesiā triūphātē nobis oīndit.Quod aliud sacramētū P
dabis tot talesq; in se rōnes & tali mō cōnectēs? Qui sumit hoc mun⁹ (ut par est) hæc quatuor secū hēt.Qui aliter sumit duo prima assequīt,tertiū si hēt, hēt ad pœnā,quartū ue penitus nō attingit,sed habit in cōtrariū.Hoc est ꝙ usu dī
q̄nq; sum i sacramētū & nō rē,q̄nq; rē,& nō sacramētū,q̄nq; simul utrūq;,Sa Q
cramētū tm̄ est q̄d signi accipit rōnem.i.q̄d sensu uel ītellectu comꝑhēdit ali q̄d plus cōtinere q̄ ꝓferat.Res sacramēti tm̄ est q̄ sensui subesse non pōt,uel q̄ aliud neq̄t oīndere q̄ se ipsam.Sacramētū et res ē q̄d & aliud oīndere,& ab alio pōt esse mōstratū.Dū igit theologi dicūt aliquē sacramētū non rē sumere,ali quē rē,nō sacramētū,aliquē utrūq;,capit sacramētū tm̄,non ꝑ signo tm̄,sed ꝑ signo & re,q̄ signi nō refugit rōnem.Res ecōtra pro eo q̄d neq̄t signū fieri sed est ultimo significatū.Nūc aptius q̄d ea distinctiōe dicaꝛ aduertite.Qui hoc sa cramēto abutit,sic sacramētū & nō rē sumere dī, ut tñ aliq̄d q̄d est sacramētū & res sumere nō negeꝛ.Si.n.sumeret solū signū.i.accidētia sola,non abuteret corpe & sanguine saluatoris,q̄ nō atingeret.Sumit igit q̄bus abutit,Sumit inq̄ uerū corp⁹,& uerū sanguinē dñi Iesu,q̄ duc⁹ in hoc sacramēto rei sibi uēdicāt locū.Sed q̄a a fine suo res noīa sortiunt,& gra deo nos gratos reddēs finis est comestiōis huius,dicēte dño.Qui māducat meā carnē & bibit meū sanguinē hēt uitā æternā.i.finis māducādi est hre uitā ęternā,q̄ ꝑ gram acqrit.Et ipsa gra aīæ uita est,idcirco q̄ gram cū sacramēto nō accipit,rē sacramēti negaꝛ accipe, nō q̄a nullā rē capiat sacramēti.Capit.n.rē nobilissimā & oīm ꝑciosissimā car- R
nē & sanguinē Iesu Christi,sed nō capit gram ultimū effectū muneris,q̄ chri stus donauit apostolos.Qui uero nō accipit uisibilia accidētia q̄bus uelaꝛ chri stus in hostia,nō acci pit carnē eius & sanguinē uelatū ab illis. Nō igit accipit sacramētū,qm̄ neq; suscipit aliq̄d signū.At si pie credat, capeq; desyderet,& non habeat largitorem,uel mala ualetudine stomachi retin⁹re posse diffidat assequitur gratiam quæ manet sacramentum hoc accipientes.Deus enim qui scrutator est cordium,bonam uoluntatem non minus q̄ opus acceptat,si op⁹ nequeat exhiberi,Ita hic accipit rem ultimam & finem assequitur,quem que rebat,sacramentum tamen non assequitur,quia gratia cum sit res & non si gnum, sacramentum esse non potest.

¶ Declarantur supradicta & concluditur eucharistiæ
super omnia ꝯsacramenta.

Vo illa signa,duas res quas diximus hoc munere contineri si mihi nō
d credis crede magistro ueritatis,immo crede ueritati quæ falli non po test,& fallere nescit.Existimo de accidentibus an sint in hoc munere neminem ambigere qui sensu non careat. Corpus uerum Christi & uerum sanguinē uerū (ea rōne qua diximus) esse sub illis accidentibus dicit ipse Iesus panis uiuus.Hoc est corpus meū.Hoc q̄d his accidētibns fracti panis cōtineꝛ.

S Hoc q̄d uobis do, hoc q̄d uos accipere uideo est corpus meū, sed quale corpus phantasticū nec uel aliq̄d aliud repsentans corpus aut uim corpis habens? Nihil est horū, corpus est, q̄d pro uobis tradet. Non tradet aūt corpus phantasticum, aut aereū, uel aliq̄d supplens uicē corporis, aut uim corpis cōtinens aut repsentans illud; tradet uero corpus natum ex Virgine, tradet corpus q̄d flagellabit, conspuet, spinis coronabitur, crucifigetur, morietur, sepelietur, resurget. Hoc est corpus meū, q̄d do uobis, corpus in q̄ q̄d pro uobis tradetur p̄ ludam, ꝓditorē scribarū phariseorūq̄ malitiæ, q̄d p̄ pharisaicā hypocrisim plenam inuidia atq̄ supbia, q̄d p̄ pontificū & sacerdotū ambitionē & auaritiam tradetur Pilato, q̄d p̄ impiam & secordē pusillanimitatē Pilati intelligentis innocentiā eius, nec illud liberare pro officio audētis tradetur Herodi, ut illud liberet. Vt fructū iustitię (si liberetur) o Pilate alius tibi p̄cipiat, si dānetur tu tibi innocens uidearis, sis tñ reus q̄ iustū uirū liberare non es ausus, q̄d ab Herode uana curiositate lętāter exceptū, supba negligētia uilipēsum, & in derisū purpura uestitū, tradet iterū Pilato. q̄d a Pilato tradet tandē crucifixoribꝰ. Est
V igit uerū corpus habens cārnē & sanguinē, neruos & ossa, Hic sanguis est, nō imaginarius, sed q̄ p̄ flagella & uulnera de uiuo corpe effundetur ab inimicis, Esse in hoc munere tertiā rem q̄ ut etiā signū testatur eadē ueritas p̄ Lucam dicens. Hoc facite in meā cōmemorationē. In cōmemorationē amoris q̄ ecclesiā dilexi sponsam meā, in cōmemorationē societatis & unitatis qua illi ꝑpetuo me cōiunxi. Vt sicut cibus cū comedente fit unū, ita me unū esse cum ecclesia memineritis, ea unitate qua uir & uxor unū sunt, Et sicut uir caput est uxoris, Sicut uir & uxor unā domū faciunt, sic me & ecclesiā fideliū unam familiā esse memineritis, & ipsam ecclesiā membrorū uicē, me capitis locū tenere sciatis. Sicut pastor & oues unus grex sunt. Sicut dux & militū multitudo sunt unus exercit, ita memineritis me cū ouibꝰ meis cū meis cōmilitonibꝰ esse unū. Vt spōsę meę sim caput, ouili custodia, exercitui p̄sidiū et tutela. Quartā itē rē hoc munere cōtineri uidelicet gratiā negari non p̄t, ipsa ueritate dicente, q̄d pro
X uobis. i. pro uestra salute tradetur. Non est salus sine gratia. Corpus ergo hoc acq̄ret uobis gratiā. Quæ hic dicta sunt exponendo pro uobis, Matthęus explanat ubi dicit, q pro uobis & ꝓ multis effundetur in remissionē peccatoꝝ. Iam clara res est gratiā in hoc munere conferri, Non. n. remittitur peccatū nisi gratia p̄ueniat & sequatur. Prę uenit gratia disponēs, subseqtur p̄ficiens & cōfirmans. Sic ergo traditur ꝓ uobis o fideles, corpus dñi Iesu. Sic pro uobis eiꝰ sanguis effunditur, ut uobis fiat remissio peccatorū, & uobis gratia condonetur. Habet igitur hoc munus duo cōia cū reliqs muneribus q̄bus Christus do
Y nauit ecclesiā, cōmunia in q̄ cum reliqs ecclesię sacramentis. Primū & ultimum signū sensibile q̄d semp est signū nunq̄ res. Et gratiā gratū facientē q̄ semp est res, & signi naturā non recipit, cū nil pro certo de illa exꝑiamur q̄diu hic uiuimus. Habet tertiū p̄ferre. s. Christi & ecclesiæ unitatē cōmune cū matrimonio Secundū uero. s. continere Christū deū & hoiem habet peculiare, singulare,
Z atq̄ excellentissimū. Hæc si uigilantius obseruauerimus uidebimus singulas huiꝰ muneris partes excellētissimas esse, q̄uis tres earū uideātur aliis sanctoꝝ

partibus

partibus assimilari. Oīa ecclesiæ sacramenta habent q̄dem uisibilē specie, naturam siue subiectū priorē non amittentē. Hic species. i. accidentia, propria substantia pereunte, dei sola uoluntate ꝑseuerant. In aliis sacramētis sola uisibilis species sacramentū non est, sed illa cum uerbis, signi cōplent rōnem. Aqua. n. non est baptismi species sola, nec̄ sola uerba baptizātis baptismi species sunt sed uerba simul & aqua species sunt baptismi. Sic de reliqs sacramentis res se habet, hic sole species primo loco rōnem sacramēti tenere noscunt. Licet p̄ter ea alia sacramenta gratiā afferant, nullū tñ eorum talē ac tantā afferre sufficit, q̄tam istud. Notū est matrimoniū referre unitatē Christi & ecclesiæ, sed nō tā plene, nō tam efficaciter q̄ hoc munus. Licet. n. maritus caput sit mulieris sicut Christus ecclesiæ, tñ Christus ipse hoc munere cōtentus se ipsum suāq̄ unita tem plenius repsentat q̄ alia q̄libet creatura. Est igit hoc munus p̄ oībus sacramētis excellētissimū, qñ nullū aliud in se tot cōtinet bona, nullius signa in creata uirtute sola cōsistūt, nullū tm pōt afferre grāe q̄tū istud. Et ꝓfecto baptismus A
licet primā afferat grām, q̄ certe est amplissima, nō tñ eque sublimē locū acq̄rit ī cœlo. Fateor igit baptisma esse magis necessariū, sed nō magis meritoriū

¶ De excellentia eucharistiæ secundum suas causas & modum essendi & primo secundum efficientem causam.

Ed qm̄ quicq̄d humanis uerbis dici pōt minus est dignitate tāti muneris, quæso ne pigeat adhuc subst̄inere hic & uigilare mecum, dum alia
s uia excellentiæ eius aliquā scintillā annitor ostendere. Res oēs dignitatem hñtes, illā aut ab agente, aut a fine, aut a forma, aut a partibus, aut ab essendi modo suscipiunt. Conficiunt alia sacramenta uerbis humanis uirtute tñ diuina suffultis, suo nempe noīe hō conficit oīa sacramenta, potestate tñ fretus quā accipit ab ecclesia. Qui baptizat dicit. Ecce te baptizo in noīe patris & filii & spūs sancti. Qui ordinat manu imponit, & uerba depromit significātia illū efficere, q̄d instrumenta suscipienti oblata demōstrant, & dū manus iniungit B
ad sacerdotiū supplicās dicit. Consacrent manus istæ, p̄ istā sanctā unctionē & nostrā bn̄dictionem. Qui absoluit dicit. Ego te absoluo à peccatis mihi cōfessis in noīe p̄ris & f. & s. s. Qui contrahūt matrimoniū dicūt. Accipio te in meā, & ego te in meum. Qui oleo inungit extremo dicit. Per istā sanctā unctionē parcat tibi deus quicq̄d oculis peccauisti, aut sub eisdē uerbis aliū sensum noīat quē inungit. Sex in q̄ ecclesię sacramenta p̄ hoīes dant, & uerbis humanis. Eucharistiā sacerdos qñ conficit non suis sermonibus, sed Christi uerbis innitit, non in q̄ ut prima p̄sona, non ut agens loqtur, sed quasi minister sermonis credit & sperat uerbis Christi q̄ ipse enunciat, hoc effici sacramentū. Nec̄ mirū C
si hoīes suo sermone, suaq̄ p̄sona, sex q̄ diximus sacramenta cōficiant. Cōtinēt oīa purā creaturā, & nihil increatū illis inest. In hoc uero sacramento adducit deus non ubi non fuerat, q̄ totus ubiq̄ est, sed nouo essendi modo. Nō. n. erat sub panis uini ue speciebus sacramentaliter qñ uerba Christi, plata nō fuerāt. Accedit Christi uerbū, & ipse uenit Christus uerbū. Verbū. n. q̄d sua uoluntate caro factū est, sua autoritate & uoluntate, suis uerbis, suā carnē adducere debuit ad hoc munus, q̄d est ipse q̄ donat. Hic est aries hærens cornibus inter ue D

pres,q̃ pro Isaac filio Abrahę se obtulit holocaustũ.Hęsit.n.dñs Iesus inter ue
pres,hęsit cornib⁹,qñ glorię suę maiestatẽ absc̃dit in hoie,qñ fœlicitatis uim
q̃ ci⁹ aĩa semꝑ abũdauit religari uoluit,ne q̃ueniret ad corp⁹,& sensibus corpis
cõpatiẽdo q̃si ꝓpribꝰ detineri.Est inq̃ aries oblatꝰ in holocaustũ,cuius odore
obediẽtię delectatus est deus,redẽptus est Isaac,et cõsolatus,ac exaltatꝰ Abraã

Onstat oĩm sacramẽtorũ finẽ ultimũ esse fœlicitatẽ æternã,ad quã ba
c ptismus ꝓducit,q̃a apit ianuã,ꝑ quã ad deũ ingredi ualeam⁹. Hãc ipam
ianuã iterũ obseratã,iterũ apit pœnitẽtia.Alia sacramẽta ne claudaĩa
nua quã dixi adminiculũ ꝓstãt.Munus uero hoc,hoc sacramẽtũ ipsius fœlicita
B tis fonti nos iũgit & sociat. Facit fœlicitatẽ uenire ad nos nꝓsq; in illa manere,
& illã tenet in nobis. Quid ẽ q̃so nr̃ę fœlicitatis fons,fomes,fundamẽtũ & cul
mẽ? Dñs Iesus Christꝰ q̃ deꝰ est,hic est uere lapis angularis,q̃ sicut deũ in chri
sto hoi sociatũ cõtinet,sic Christũ deũ hoĩb⁹ adiũgit,q̃ in hoc munere se nobis
donat in cibũ,manetq; ꝑ hoc munus in nobis. Audi q̃d dicat,donũ hoc q̃d se
ipm donat.Qui mãducat meã carnẽ & bibit meũ sanguinẽ in me manet et ego
in eo. Maneamus igit̃ in fonte fœlicitatis ꝑ hoc munus,ad q̃d ꝑ alia sacramẽta
F appropinquamus.Per hoc manet in nobis tota fœlicitas. ꝑ alia idonei simus
ad illam participandã.Si formã nunc pensitemus,q̃d os,q̃ lingua exprimere,
q̃s intellectus cape sufficit formã huius sacramẽti in q̃ est formarũ dator? Di
cam paucis q̃d possum.Oĩme bonũ hẽt hęc forma,Bonũ habet q̃d totus mũdꝰ
G cape non põt,de q̃ ille solus aliq̃d intelligit,q̃ se nihil penitus pro rei dignitate
intellexisse cognoscit.Hic est colũna ignis ãcedens ꝑ noctem & fumus ꝑ diẽ
dei populũ dirigens,cuius rõnem & receptaculũ uniuersus populus, & ipse
H Moyses ignorauit.Si partes attendimus,q̃d inter corporeas creaturas homie
pstantius? Quid inter spũalia primo ente põt esse sublimius? Hę huius sacra
menti,huius muneris partes sunt.Hõ cuius gr̃a cr̃eata sunt oĩa,& deus q̃ cũcta
creauit partis hic habẽt rõnem.Quod est plus q̃ uniuersum,hic uenit quasi in
partẽ,& sic est pars ut toto non sit minus. O excellens munus q̃d totius boni
continet bonitatẽ.O munus ineffabile,in q̃ pars neq; esse minus toto. Deus
est quicq̃d est,est igitur & corpus,& sanguis,& aĩa Christi,est Christus hõ to
tus,est gratia,est panis uinicꝫ accidentia. Sed longe plus est & melius omni
I bus istis.Quid dixi est longe plus? Plus illis est infinito,& melius est deus illa
quę diximus q̃ ipsa in se permaneant,& tamen illa cũ deo sumpta,partes sunt
in hoc munere.Quia singula suã naturam, suamq; substantiã retinent,nec ab
infinito diuinæ perfectionis pelago absorbẽt. Hic est uere rubus quẽ uiderat
K Moyses ardere neq; comburi.Ardet nanq; caro,sanguis,anima christi,ardet
Christus totus charitate,ardet maiestatę,ardet deitatis potentia,neq; combu
runtur in illo hæc,sed integra manent.Sunt alia ecclesiæ sacramenta dum fiũt
L & ubi fieri desierunt,ultra non durant, licet effectus eorum permaneat.Hoc
uero perdurat effectum.Habent alia unde mensurentur, hoc immensum est,
prorsusq; omnẽ mensuram excedit,Est uere hic panis,hydria illa farinæ quę
non deficiet, est lechitus olei mulieris Sereptanæ,quæ pauit Heliam,est uere
oleum uasis,quod mulier pro debito infundẽs,quotquot uasa afferunt̃ replet
uasisq; deficientibus stat se ipso,unde pro filio uiduæ paterno creditori debi

tum soluitur,& filius à seruitute de liquoris huius precio liberatur. Hoc.n.est
corpus quod pro uobis tradetur o filioli matris ecclesiæ. Hic est sanguis qui
pro uobis fundetur in remissionẽ peccatorum uestrorum,in pręcium uestræ
libertatis.Et de munere dñi nr̃i Iesu Christi a suis recessuri hactenus dictũ sit.

¶ Præfatio ad lectores de ratione scribendi
dñi testamentũ excusatoria.

ETESTAMENTO dñi nostri Iesu Christi nouo sane,noua ra
d tione & inusitata de hæreditate cõscripto dicere nõ auderẽ nisi ipsum
Iesum dicere audirẽ.Hic calix nouũ testamentũ est in meo sanguine,
Cuius seriẽ testamẽti Ioãnes euãgelista litteris mãdaturus, in testatore mẽtis
constantiã testatur,legata deinde cõscribit. Hæredes instituit.Tandẽq; fidei
cõmissario executionẽ dispositorum scribit cõmendatã.Quæ singula si minus M
sufficienter fuero prosecutus,scio bonũ mihi esse,& uobis utile plusq̃ dici pos
sit,q; ꝓ rerũ amplitudine,ꝓ testatoris maiestate,ꝓq; notarii dignitate,plene
hæc explicarę nõ possim.Nemo igitur mihi quæso calumniã imponat,q; mul
ta obmiserim, et enarrãdo testamẽtũ dñi,lacerauerim potiꝰ euãgelii historiã
q̃ texuerim, Fateor plane in hac ipsa Ioannis narratione, plura esse mysteria
q̃ uerba.Fateor oĩa quæ ille scripsit de testamẽto dñi,me ferre nõ potuisse,sed
& quæ ferẽda suscepi,meam confiteor supauisse uirtutẽ. Tuli q̃tũ & quousq;
potui,robustiores humeri plura & melius ferant,usq; dũ expedit. Satisfecit,
q̃ fecit quod potuit,& ausum fuisse magna, culpabile non est. Si non penitus
inutiliter audeas. Multi añ me interpretes euãgeliorũ sensus propriis uerbis
elocuti sunt.Multi eosdem sensus de sacris lr̃is remote multũ accœperũt.Ego
si paucis obmissis sensum de ipso fonte euãgelii decꝫ ꝓpinquo ueritatem, &
doctrinã salutarem sumere mõstraui,cur non recte feciſſe uidebor? Si plene
singula dñi Iesu uerba,dũ suũ cõdidit testamẽtũ,ut Ioannes scripsit,prosecut⁹
nõ sum,cur incusabor q; reliquerim aliis locũ suũ? Non est apis infructuosa,
quæ de singulis floribus fauos non aggerat,Satis est, ex quibus põt, & q̃tum
potest illam ad mellificandum in aluearijs congregare. In ciuile est oĩa poma
unius arboris,uno stomacho,unaq; ingestiõe cõsumere.Bonũ est ergo relin
quere cæteris scriptoribus locum suũ,ut qui uelint de intactis euãgelii uerbis
fauos congerant in ecclesia. Solent profecto ætatis nostræ tabelliones, quos
notarios dicimus,testamentorũ particulas dare poscentibus. Solent ẽt multa
testantiũ uerba breui pagella concludere. An q̃a oĩa dicere nõ sufficio, nulla
dicã? An quia totã euãgelii seriẽ non capio,quid sparsim mihi dñs mõstrare
dignat̃ occultabo? Si mihi sola sint fragmenta panis,ideo esuriem meam non
releuabo? Ideo paruulis famæ piclitantibus negabo micas,qm̃ panẽ ĩtegrum
dare non possum? Lamentat̃ dñs qm̃ dum paruuli quærerent panẽ,non erat
qui frangeret eis,Si laceratã tunicam hẽam,non induã illam? & nudus potius
q̃ pannosus incedã? Nimis delicati est,non nisi de integro pane cibũ sumere,
Superbum est nimis,ac stolidũ algere potius in nuditate, se abscondere q̃ pan
nosum ĩcedere.Sed tñ hæc ipa frusta, quæ de Ioannis euangelio ꝑ testamẽto
dñi a me sumpta sunt,ita spero esse consuta,ut non male cohęreãt,ꝓ uero nõ

satis artificioſe conſuerim, ꝙ futura nimis appareat, ꝙ non oĩa dicendi ſtilo æqualia ſint, ueniam ab illis ſpero, ꝙrum gratia laboraui. Non. n. diuitibus aut delicatis opari cõſtitui, opor pauperibus, ꝙbus exiſtimo ſatis fore. Si operis mei ptes oẽs ſibi inuicẽ bene reſpõdeant, & inhæreãt firmiter. Si nihil dixi, ꝙd a tã to teſtatore decretũ nõ oſtẽdã, ſi q̃ de Ioãnis euãgelio ſumpſi fideliter, & ut ab autore ſcripta ſunt, in mediũ attuli, ſpero lectores nõ improbos uolũtatẽ acce pturos bonã & impfectũ meum, non tam mihi q̃ opis difficultati aſcripturos. Nunc Ioannem ipſum audiamus, & deinceps quæ dixerit declaremus.

e Go ſcio ꝙs elegerim. Sed ut impleat ſcriptura, ꝙ manducat mecũ panẽ leuabit cõtra me calcaneũ ſuũ. Amodo dico uobis, priuſq̃ fiat, ut cum factũ fuerit credatis ꝙa ego ſum. Cũ hæc dixiſſet Ieſus turbatus eſt ſpi ritu, & ꝓteſtatus eſt & dixit. Amen amen dico uobis, ꝙa unus ex uobis tradet me. Aſpiciebant ergo ad inuicẽ ſe diſcipuli, & ſciſcitantes de q̃ diceret, erat re cũbẽs unus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quẽ diligebat Ieſus. Innuit ergo huic Simon Petrus & dixit ei. Quis eſt de q̃ dicit? Itaq; cũ recubuiſſet ille ſupra pe ctus Ieſu dixit ei. Dñe ꝙs eſt? Rñdit Ieſus, Ille eſt cui intinctũ panẽ porrexero. Et cũ intinxiſſet panẽ dedit Iudæ Simonis Scariothis. Et poſt bucellã intrauit in eũ Satanas, & dixit ei Ieſus. Quod facis fac citius. Hoc aũt nemo ſciuit diſcũ bentiũ, ad ꝙd dixerit ei. Quidã. n. putabãt ꝙa loculos habebat Iudas, ꝙ dixiſſet ei Ieſus. Eme q̃ opus ſunt nobis ad diẽ feſtũ, aut egenis ut aliꝙd daret. Cũ ergo accepiſſet ille bucellã exiuit continuo. Erat aũt nox. Cũ ergo exiſſet dixit Ieſus. Nunc clarificatus eſt filius hoĩs, & deus clarificatus eſt in eo. Si deus clarifica tus eſt in eo, & deus clarificabit eũ in ſemet ipſo, & cõtinuo clarificabit. Filioli adhuc modicum tempus uobiſcũ ſum, quæritis me, & ſicut dixi Iudæis, q̃ ego uado uos nõ poteſtis uenire, & uobis dico modo. Dicit ei Simon Petrus. Dñe q̃ uadis? Reſpondit Ieſus. Quo ego uado non potes me ſequi modo, ſequeris autem poſtea. Dicit ei Petrus. Quare non poſſum te ſequi modo? Animam meam pro te ponam. Reſpondit ei Ieſus. Animam tuam pro me pones? Amẽ amen dico tibi. Non cantabit hodie gallus donec ter me neges.

m Entis conſtantiã dñi Ieſu teſtamentũ ſuũ condituri multis eius dictis et opibus Ioanne referente cõprobatã, nũc plenius intelligite. Quid q̃ſo ſibi uult? Ego ſcio ꝙs elegerim, niſi ego ſcio ꝙs teſtamento meo legata rios, ꝙs hæredes ſcribere decreuerim. Et ꝙa ab initio duodecim apoſtolos ele gerat ꝙs hęredes inſtituturus erat. Iudas aũt Scariothis unus apoſtolorũ in hę reditate partẽ aſſeq̃ non debebat, ne ignoranter fruſtra ue cohęres ſcriptus ui deri poſſet, unde argueret mentis incõſtantia, mox adiecit. Sed ut impleat ſcri ptura, ꝙ manducat mecũ panẽ, leuabit cõtra me calcaneũ ſuũ. Quaſi dicat. Nõ p ignorantiã unũ ex uobis hęredẽ inſtituo, ꝙ partẽ hæreditatis nullã aſſeq̃tur ſciens hoc prudenſq; facio, ut q̃ decreuit deus, & p ꝓphetas ſuos innoteſcere uoluit, uera & incõcuſſa ꝑmaneãt, illũ inter apoſtolos numeraui. Decreuit. n. deus unũ ex meis hæredibus, & mecũ panẽ manducãtibus, p ingratitudinem hæreditate priuari, ſua ipſius ingrata pfidia, qua non uerebit inſurgere cõtra me. Prudens ergo & ſciens ad condendũ teſtamentũ accedo, qm̃ ſcio ꝙs mihi

habet mãdata mea & seruat ea, ille ẽ q diligit me, Nõne apostoli sui magistri
præcepta seruabãt? Cur ergo nunc quasi increpãs eorum tristitiã dicit. Si eũ
diligerent gauisuros? Quasi quia nõ diligant, ideo non gaudeãt? Diligebãt
sed non solide, tepide, debiliter, nutanter diligebant. Quia etiam in eum nu-
tanter & ambigue credebant. Erant de proximo a fide casuri, amoremq; eius
maxima ex parte deposituri. Verum ergo dixit.

¶ De spiritualibus bonis tm̃ quare dñs Iesus conda testamẽtum.

Enit. n. princeps mũdi huius & in me non habet q q̃, sed ut cognoscat
u mũdus qa diligo pr̃em, & sicut mãdatũ dedit mihi pr̃ sic facio. Paulus
cum dixisset, nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem,
sed aduersus principes & ptãtes mundi rectores, addidit tenebrarũ harũ, ne
eorũ q̃ tenebrę. i. culpa nõ sũt dęmones, pr̃icipes eẽ dixisse uideret. Huiusmodi
inq̃ pr̃icipes q̃uis nihil penitus sui iuris in dño Iesu Christo habuerĩt, uel unq̃ Q
hr̃e potuerĩt. & iccirco hic loc⁹ de illis nõ absurde exponi & itelligi q̃at, rectius
tn̄ mea sn̄ia de fortuna intelliget, & declarabitur. Nam cum iuxta uulgi sn̄iam
fortuna in sua ditione cõtineat uniuersa de qbus hoĩes iure legatario aut hæ-
reditario p testamẽta disponũt, dñs Iesus rudibus adhuc apostolis de fortuitis
bonis nil agi testõ mirãtibus, cãm afferre uolẽs cur de illis suo testamẽto nihil
oĩno decernat, ad se huiusmodi bona nihil penitus attinere demonstrat. Hoc
ut intelligamus aduertẽdũ est fortunã (hoĩum opinione) in illis ius hr̃e quib⁹

dedit diuitias uel honores,& ad illos accedere fortuna dicitur, qbus munera sua distribuit.Cõtra q nec lucra sectãtur,nec ambiũt seculi dignitates, extra fortunę sortẽ cõstituti sunt,nihilq; hñt cõe cũ illa,nec ad illos fortuna ingredi põt,quis conetur accedere.Hoc est qd dicit dñs Iesus discipulos adhuc rudes cõmonefaciẽs & ab eorũ usu loquẽdi nõ discedẽs.Princeps mũdi huius.i.fortuna,uenit ad me,nõ ego ad illã accessi,sed exclusi penitus illã,qa uulpes foueas hñt,& uolucres cœli nidos.Filio aũt hoĩs nõ hẽt ubi caput reclinet,& ideo in me nõ hẽt qcq̃ iurisdictiõis,qa nihil suũ põt in me uel a me reqrere,quasi dicat qa fortunę bona non possideo,mirari desinite si meo testõ fortunæ bona uobis nõ distribuo uel relinq̃.Sed ut cognoscat mũdus.i.hõ q minor est mundus,qa diligo patrẽ efficaciter.Sicut mãdatũ dedit mihi pater,qñ me obsidẽ dedit & accepit,p pace cũ hoĩbus integrãda,sic facio.Mãdauit mihi pater,ut uiã dei in ueritate docerẽ,Legaui fidẽ,illã demõstrãtẽ.Mãdauit ut p illã docerẽ incedere.Legaui obediẽtiã,q̃ pedes moueat ad obseruãtiã credẽdorũ.Mandauit ut ad ppria hoĩs bona & potiora hoĩem instaurarẽ,ut uniuersum terrarũ orbẽ in integrũ restituerẽ.Dimisi illis hereditariã pacẽ,p quã oĩa reforman

¶ De rõne conseruandi pacẽ a dño Iesu Christo (tur & solidãtur.

testamenti iure relictã & donatã. TEXTVS

Go sum uitis uera,& pater meus agricola est.Oẽm palmitẽ in me nõ fe
e rentẽ fructũ tollet eũ,& oẽm q fert fructũ purgabit eũ,ut fructũ plus afferat.Iã uos mũdi estis,ppter sermonẽ quẽ locutus sum uobis.Manete in me & ego in uobis.Sicut palmes nõ põt ferre fructũ nisi manserit in uite, sic & uos nisi in me mãseritis.Ego sum uitis uos palmites. Qui manet in me & ego in eo,hic fert fructũ multũ,qa sine me nihil potestis facere.Pacis hereditatẽ quã magister nr̃ dñs Iesus cõseruare nos docuit,ut plenius intelligamus q̃ ille dixit sigillatim declarare studebo.Sustinete & uigilãter attendite qd sibi uelit. Ego sũ uitis &c.Pacẽ inter se hẽre uolẽtes añ oĩa oportet unũ fieri,multa autẽ unũ fieri neqũnt,nisi unũ aliq̃d singulis insit,p qđ illa oĩa unius sapiãt rõnem. Ligna concisa q̃diu dispersa sunt,multa uere dicunt̃,Vt sint unũ,uno illa fune ligamus.Ita multa ligna unũ fascẽ dicim⁹,obligamẽ unũ q̃ singula cõtinent̃. Vt nosceremus qua unitate pax Christi stabiliẽda foret,nullũ exẽplũ accõmodatius inueniri poterat,q̃ pceptoris nr̃i dñi Iesu se uitẽ,& discipulos suos esse palmites asserẽtis.Hñt palmites tantã cũ uite inter sec̃ societatẽ & unitatẽ,ut sine uite esse nõ possint,& ab ea decisi oẽs arescãt,ab inuicẽ aũt diuidi neqũant,nisi pri⁹ a uite separẽt.Itac̃ frẽs si ciuilẽ pacẽ hẽre uultis,habete psuasũ,nõ nisi salua ciuitate uos posse cõsistere,habete psuasum, Si odiis, dissidiis,simultatibus ab inuicem fuerimus sepati,singulos breui spacio pituros,aridosq; futuros,nihilq; fore uobis reliquũ nisi cõburi.Nulla est inter arbores plãta feracior bona uite,nulla suauior,nulla cui agricola magis inuigilet,nullaq; citilior censeat, q̃diu uiret.Contra ubi exaruit,nulla uilior,nulla minus utilis est,relinq̃t igni, nec̃ illi sufficit qdẽ,nisi ad debilẽ & momẽtaneã flãmã,Carbones nõ hẽt,mox transit in cineres.Qui igitur pacẽ Christi hẽre desyderãt,Christũ suã uitẽ esse recognoscãt,sec̃ talis uitis palmites esse meminerint.Hac rõne dixit dñs Iesus

ego sum uitis uera,ut pacẽm eius habere uolentes,in illo fiant unum. Est em uera uitis uineæ domini subbaoth,in qua pacis fructum palmites ferunt.

Ater meus agricola est, Vnitatẽ ipsam qua pacẽ cõstare omõstrauim⁹,
p unũ q̃ psideat,& cũcta moderet̃ hẽre conuenit,sicut p̃ est agricola uiti atc̃ palmitibus.Nihil pfecto magis nocet,nihil magis turbat publicã pacẽ q̃ si plures reip.moderatores æque primi aut sunt,aut esse nitunt̃.Sed nõ ne optimatũ status ꝓbatus est? Et popularis in repub.administrãda autoritas nõne multas respub.auxit? Vter̃ remp.regẽdi modus uere bonus est,Si uni us retineat rõnem.i.si optimates.Si populus unũ sibi finẽ instituãt,publicã utilitatẽ,publicã pac̃.Quod si uno aĩo & uolũtate cõcordi oẽs efficiãt,erũt uere unũ re,multi numero,unũ ꝓposito,multi executiõe.At si optimates,si popul priuatum aliq̃d public̃ utilitati añponãt,uel si hãc ipsam publicã pacẽ,nõ una mẽte hẽre studeãt,si odio alterius,ut.ſ.q̃s negligaẽ,deprimaẽ,damnũ ferat, cõ modũ nõ reportet,sniam de rep.dicat,dictã ue ab alio tueatur,nihil põt ꝓnici osius iueniri. Tyrãnide peior est talis reip.gerẽdæ institutio,& ad tyrãnidem trãsire cogẽtur,ut ad min⁹ malũ,aut penitus desolabitur tãdẽ.Si Brutos,Publicolas,Scipiones,Roma ꝓpetuo habuisset,nõ totiẽs misisset in sua uiscera ferrũ Vt ad Cabrones,Marios,Cynnas,Syllas,Põpeios, Cęsareſc̃ uetũ est,senatsiluit,cecidit tãdẽ Roma,q̃ certe nũc nulla,& nusq̃ foret,nisi uitis Christus illic uineã suã plãtare dignatus esset,Est optimatũ & populariũ in repub. administrãda ratio nõ inutilis,& in utrac̃ licet multi sint,unũ tñ ipsi instituũt,uel ad tẽpus,uel ad cãs emergẽtes rerũ moderatorẽ.Nostrę reip.christianę (q statuere optimatũ fuit ab initio) qs est moderator & rector? Pr̃ me⁹ agricola est dicit Iesus.Deus oĩpotẽs pr̃ oĩm creatiõe,cõseruatiõe,augmẽto.Pater inq̃ dñi Iesu,secũdũ ęterñ gñationẽ,ipse est hui⁹ reip.caput,huiusc̃ uineæ agricola.

¶ De nutrientibus,augentibus & conseruantibus pacem. TEXTVS.

Mnẽ palmitẽ in me nõ ferẽtẽ fructũ tollet eũ,& oẽm q fert fructũ pur
o gabit eũ,ut fructũ plus afferat, Iã uos mũdi estis,ppter sermonẽ quẽ locut⁹ sũ uobis,Manete in me & ego in uobis.Sicut palmes nõ põt ferre fructũ a semetip̃o nisi mãserit ĩ uite.Sic nec uos nisi ĩ me mãseritis,Ego sũ uitis uos palmites,q manet ĩ me et ego ĩ eo,hic fert fructũ multũ,qa sine me nihil

¶ De primo nutrimento pacis. (potestis facere.

Aboret inqt apostolus unusqsq; opando manibus suis q̃d bonũ est,ut
l habeat unde tribuat necessitatẽ patiẽti.Sic inter apes abiiciunt̃ inutiles sic in familia bonus pater singulis opus distribuit,neminẽ sinit frustra iacere,neminẽ sinit ocio cõtabescere,oẽs iubet domui utilitatis aliq̃d afferre, & nisi afferãt castigat,nisi resipiscant abiicit.Quid ita? Quia pacis domestic̃ uacillaret negociũ,ubi aliq̃s se reliq̃s exhiberet onerosum.Exhiberet aũt si aliorũ labores deuoraret penitus inutilis.Magna ciuitas,ingẽs domus est.Prouincia est ciuitas uasta,Regnũ lata ꝓuincia. Christian⁹ orbis unũ regnũ dei. Christiana religio uinea est dñi Sabbaoth,nos oẽs huius uineæ palmites oportet esse ueraces,Nisi nos tales exhibuerimus, deus pater oẽm palmitẽ non feren tem fructũ tollet,amputabit,rescindet. Quẽ publice paci oportere p̃sidentem

dari supra mõstrauimus,duo maxime decent,castigare reprobos,confouere bonos.Cadet unitas uolũtatũ,& studiũ in una ꝓfessione firmatũ,Si uitia trãseant impunita,Oderũt nanq; peccare mali formidine pœnæ. Auser ultionẽ a principe,mox erit principatus,mox perit publica pax,boni illu nõ colũt,quia eos non defendit,mali illũ spernunt,qa non castigat.Rursus qa inutiles hoies ocioq; marcẽtes sũt pacis publicę turbatores.Oia.n.mala docuit ociositas,corripiendi sunt a principe,anteq; de inutilibus fiãt noxii,ꝙ si iam noxii euaserint tollẽdi & abradendi sunt,ne onerent,ĩmo ne oneratã iã eorũ sceleribus remp. ad terrã trahãt,teneãtq; ꝓstratã.Sicut palmites inutiles nõ ãputati,uitẽ primo arefaciunt,deinde nimio põdere lacerãt & ꝓsternunt,Meminerimus fratres principẽ nostrũq; reip.christianæ,nr̃æq; pacis moderatorẽ,deũ esse oĩpotentẽ cui nulla creatura resistere põt.Sperni ergo nõ debet ꝓpter ĩpotentiã. Flecti nõ põt donis,qa nullis eget.Minas nõ timet,qa solidus & securus est,Odia nescit,qa optimus.Amoris affectus non hẽt,qa iustus & ꝑpetuo cõstans ĩmutabilis ꝓseuerat.Oẽm palmitẽ nõ ferentẽ fructũ tollet qñ uolet,& quõ uolet. Et oẽm q fert fructũ purgabit æũ,ut fructũ plus afferat,Purgaꝫ dũ alleuiaꝫ & confouetur.Sic pacis publicę moderator & caput fructuosos ciues,Sic pr̃familias utiles in domo fouet bñficiis,laudibus excitat,pmiis & honoribus attollit.Igit ut pax maneat & roboreꝫ,ut ciuitas crescat gloria,domus opibus augeaꝫ. O christiani nostræ domus,nostræ ciuitatis pacẽ moderaꝫ pr̃ deus.Simus fructu osi,ut nos foueat,Benignus.n.& misericors est,reddẽs cẽtuplũ bñmeritis nr̃is. Si fructũ attulerimus trigesimũ purgabit nos ut ãpliorẽ feram⁹. Sexagesimũ si hũc attulerimus adhuc purgabit nos ut cẽtesimus de nobis fructus assurgat Quid est cõducibilius amputari an purgari,talis tanticq; uinitoris manu? Certe horrẽdũ est in manũ incidere dei oĩpotẽtis ut amputet. Hẽt.n.ptãtem aĩam simul & corpus mittere in gehennã,hũc timete ne amputet uos a uite Christo Desyderabilissimũ est deũ hẽre purgatorẽ,alleuiatorẽ bñficũ uinitorẽ.Nouit em̃ q̃ abiici oporteat,scit q̃ adiici conueniat.Vtriusq; modos & causas nouit ad numerũ,Studeamus totis uiribus ꝑ illũ nõ amputari,sed purgari,nõ puniri,sed p̃miũ obtinere. ¶ De secũdo nutrimento pacis.

T

Am uos mũdi estis ꝓpter sermonẽ quẽ locutus sum uobis.Manete in
i me & ego in uobis.Pax ut solida sit,mũda sit.Careat oĩ flagitio necesse
est,q̃q; respub.q̃q; familia ut pax in illa ꝑmaneat.Vidisti ne aliq̃n sceleratos aliq̃s iuicẽ fœderatos? hñt uitę malũ,ꝓpositũ,q̃d est unũ atq; idẽ in singulis,hñt p̃sidẽ cui pareãt ĩ malũ suũ.Oꝓsi sunt,neq; tñ diu ꝑmanet eorũ cõuẽtus,nõ durat pax iniq̃rũ.Nõ.n.sũt mũdi,sed ĩpuri,Ligna putrida se ĩpis flaccescũt,frãgũt,nõ durãt in fasce.Mercatorię societates si fraudẽ sapiãt,durare neq̃unt.Bona fide op⁹ est societati durare debẽti.Morbida facta pec⁹ totũ corrũpit ouile.Carios⁹ arboris ram⁹ trũcũ mãculat.Nõ pñt ĩpuri durare cũ puris.Quid ita? Quia cõtraria simul diu esse nõ pñt.Violẽter.n.ducunt in unũ, nullũ aũt uiolẽtũ põt esse ꝑpetuũ,Neq̃unt ĩpura ꝑ se sola cõsistere, sicut neq; fracta ꝑ se manẽt.O christiani qb⁹ testamẽto pax relinq̃t.Si mũdi estis ꝓpter sermonẽ Iesu,hẽbitis pacẽ cũ illo,illi adunabimini,ĩmo aduniti cõseruabimini.

V

Manebitis in illo sicut palmes in uite. Manebit in uobis sicut uitis uigor in singulis palmitibus & simul in oĩbus manet.Nõ ego hoc dico,dicit ipse Iesus magister.Iam uos mũdi estis, ꝓpter sermonẽ quẽ locutus sum uobis? Sit hæc interrogatiua locutio. Manete in me & ego in uobis. Quasi dicat qa iam mũdi estis,manete in me,& ego in uobis.Nõ sine causa hoc dixi.Nã si palmites impuros & infructuosos tollit uinitor pater.Si feraces,purgat non tollit,q mũdi sunt nõ amputant̃, manẽt igitur in uite & uitis in illis, Adhuc non estis mũdi. Pacẽ Christi nõdũ habetis.Nisi purgari studueritis,amputabit uos pater de-. X

¶ Declaratio studii & operis paci incumbentium.

Icut palmes nõ potest ferre fructũ a semetipso nisi manserit in uite sic
s nec uos nisi in me manseritis.Dixerat paulo ante palmitẽ nõ ferentem fructũ tollet.Id modo declarat,nõ sufficit ad retinẽdã pacẽ eẽ oposum, sed in illa pace quã habere uolumus,& secundũ illam opari necesse est,in qua repu.uersamur,in qua familia uiuimus,illius utilitati inuigilare debemus.Dic quæso si quẽ haberes in domo filiũ familias qui oposus esset,& lucro aut aliis cõmodis augendis die noctuq; studeret ardẽtissime,lucra porro sua in aliam familiã trãsportaret,tu illũ de opibus & labore familiæ aleres,ille aut minimũ aut nullũ adminiculũ domui p̃staret,talẽ ne apud te diutius habere studeres? Minime,qnĩmo expelleres aut familiã murmurãtẽ sentires,pacẽq; domesticã mox turbatã inspiceres, Quilibet ciuis suæ ciuitatis cõmodis prius insudat,deinde aliarũ si põt. Si alterius ciuitatis utilitatibus cõsuleres cũ detrimẽto tuorũ ciuiũ,quãto esses oposior,minus esses(ut existimo)substinẽdus a tuis,plus.n. illis noceres q̃ plus te exerceres. Sumus in pace Christi,uiuimus in christiana repu.in illa & secũdũ illã oposi & utiles eẽ debemus Christo dicẽte.Quia sicut palmes non põt ferre fructũ niũ mãserit in uite, sic & uos nisi in me mãseritis. Quid ita? audi illũ,qa ego sum uitis uos palmites. Qui manet in me & ego in eo,hic fert fructũ multũ,qa sine me nihil potestis facere. Plana iã res est. Dicã adhuc qd hic obstrusum odorẽ. Multi palmites manẽt in uite in qbus non manet uitis.Manent in q̃ quia adhuc amputati non sunt.Sed qm̃ exaruerunt, neq; a uite humorẽ accipiũt,ideo uitis nõ manet ĩ illis.Manẽt multi ĩ Christo, qa p̃is uinitoris misericordia nõdũ illos uoluit amputare, Aridi tamẽ sunt, & Christũ noĩe tenẽt,ope nõ tenẽt.Non est Christus in illis,q uoce nõ corde se christianos eẽ ꝓfitẽt. Vt fructũ afferam⁹ maneam⁹ ĩ illo,q̃tũ possum⁹ illi adhęrẽtes & obseq̃ntes.Maneat ille ĩ nobis corde toto excepti,& retẽtus.Ita fructũ afferem⁹ in illo, Ita pax eius ab eo ꝓ hęreditate ab initio nobis relicta,nr̃a erit. Z

¶ De charitate secũda hæreditatis parte in ordine sed potissima intẽtiõe.

Icut dilexit me pater & ego dilexi uos.Manete in dilectione mea,Si p̃
s cepta mea seruaueritis,manebitis in dilectione mea,sicut & ego p̃ceꝓta patris mei seruaui,& maneo in eius dilectiõe.Hoc est p̃ceptũ meũ ut diligatis inuicẽ sicut dilexi uos,Maiorẽ hac dilectionẽ nemo habet ut aĩam suã ponat q̃s pro amicis suis.Principẽ & reip.moderatorẽ oportet ante oĩa ꝓfessionẽ quã tueꝫ,& leges qbus hæc ipsa ꝓfessio continẽt amare & colere. Sic pater deus diligit Christũ legẽ uiuã oĩm christianorũ,& leges scriptas ab euã

gelistis Christi secretariis fouet & amplectit. Oportet etiã leges amare princi
pẽ & populũ, ut. s. leges ipse principẽ deceãt, dehĩc expediãt populis. Ideo sicut
Christus diligit a patre, sic diligit & nos, Sic christiana ꝓfessio deũ decet, qñ
eius p̃cepta iustissima sunt, & utilitate delectatione & honestate cõdita ꝙper
q̃ simul oĩa reficit christianos, hoc est q̃d dixit Iesus. Sicut dilexit me pr agri-
cola, sicut legẽ meã habet charã, sic ego dilexi uos, sic meã legẽ uestris usibus
A accõmodaui. Discant hic legũ latores, discant patresfamilias ita ad suas utilita
tes & cõmoda cuncta disponere, ita se amare dũ aliis leges imponunt, ut leges
ipsas illi amare & colere possint q̃ crediderunt. Discant inq̃ tales cõdere leges
ut subditi in earũ amore & obseruãtia ualeãt ꝓdurare. Dicit. n. magister opti
mus, Manete in dilectione mea. Ego sum uiua lex uestra, Pater meus dilexit
me, dilexit & uos, ideoq; me uobis dedit in legẽ, Ego q̃a diligo eum, diligo &
uos. Sicut ille me dilexit. Ideo lex uobis esse nõ renui, & ut mea decreta ĩtellige
retis hõ uobiscũ & ĩter uos ueni. Manete igit in dilectiõe mea, q̃a lex sũ uobis
B uiua. Manete in dilectiõe legis quã uobis in p̃ceptis relinq̃. Si p̃cepta mea ser
uaueritis manebitis in dilectiõe mea, Si prĩceps posset se ubiq; exhibere p̃sen
tem, lege scripta (ut existimo) non uteret. Sed qm̃ angustia corpis uno illũ lo
co cõcludit, & moriẽdi necessitas illũ durare nõ sinit, legibus agere cõpellit. Ita
dñs Iesus qm̃ se ętate uiridi & uiuaci iuuẽta nouerat moriturũ, terrasq; secũdũ
molẽ corpis relicturũ instituta, reliq̃t se uiuã legẽ, suã inq̃ uolũtatẽ & autorita
tẽ cõtinẽtia. Nõ igit incõdite ut in eius dilectiõe maneam⁹ admonet nos dicẽs.
C Si p̃cepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Nullũ est certe maius
amoris indiciũ, q̃ obediẽtia, q̃ amatæ rei obseq;. Qui carnis amore insaniũt nil
libẽtius agũt, q̃ q̃d amica mãdauerit. Qui pecunię amore sunt capti, nulli rei tã
ardẽter inuigilãt, nihil tãto studio ꝓsequunt, q̃ lucrũ. Qui honores ardẽt (bo
ne deus) q̃ studiose potẽtibus obtẽpant, ambitioni q̃ se submittũt. Amor facit
hæc oĩa. Quid ita? Qm̃ amãtis & amati uolũtas est una. Volũtatis aũt expimẽ
tum opatio est, Vis scire si uelim aliq̃d? fac possim asseq;. Vis scire si aliq̃d no
lim? fac possim effugere. Vbi opus est facto uerba nõ sufficiũt. Ardet & urit
amor, opposuisq; est, plus q̃ dici q̃at. Itaq; si diligitis Christũ, ope mõstrate, lugũ
eius suaue est, & eius oñe põdus leue, & facile portatu. Nũq̃ erit ĩpossibilitas
si aderit uoluntas, hoc est q̃d ille dicit, Si p̃cepta mea seruaueritis manebitis in
dilectiõe mea. Quod & exẽplo cõfirmat, sicut & ego patris mei p̃cepta serua
ui, & maneo in eius dilectione, Quasi dicat nihil prȩcipio quod ipse non fece
rim. Opere priusquam sermone meorum præceptorum ueritatem ostendi.
Quia patris mei præcepta seruaui, ideo in eius dilectione permaneo. Si uos
præcepta mea seruaueritis, itidem in mea dilectione manebitis.

¶ De forma Charitatis.

Oc est p̃ceptũ meũ ut diligatis iuicẽ. Sicut dilexi uos. Qm̃ dixerat dñs
ſ Iesꝰ mãdata mea seruate, ne crederẽt hoĩes dura aĩqua illũ dedisse mã
data, et absterriti legatũ obediẽtię, suãq; pacẽ ꝓ hereditate accipe recu
sarẽt. Sũmatim q̃d sibi uelit tota lex eiꝰ pauciss imis uerbis exponit dicẽs. Hoc
est p̃ceptũ meũ maximũ, hoc est q̃d tota mea lege cõstituo, ut diligatis inuicẽ.

Et ꝓfecto

Et ꝓfecto ad cõseruãdã patẽ & unitatẽ in re domestica, in ciuitate, in ꝓuincia,
ĩ regno, hoc maxĩe necessariũ est, & sine ipso factũ est nihil. Qm̃ sicut pax esse
nõ põt sine multorũ quasi collegio in unũ colligatorũ, in unã quasi ꝓfessionẽ
in unũ uitę institutũ, ad unũ finẽ. Ita hęc unio sine mutua dilectiõe stare nõ põt
Est. n. amor neruus uinculi, & nexus uigor, q̃ colligata in unã pacẽ cõtinent uni
ta, tãtaq; est dilectionis autoritas, tantus uigor, ut sine illa neq; legata, neq; au
toritatẽ Christi asseq; possimus. Mirãt multi q; dñs Iesus in ultima cœna de di D
lectiõe mutuo cõseruãda totiẽs rẽnem habuerit, deponẽt admirationem si q̃d
nũc dicit, diligẽter inspexerint. Dilectio legis est sũma humilitas, fides, obediẽ
tia sine dilectiõe nõ satis utilia sunt, Pax aũt sine dilectiõe esse nullo modo põt,
neq; intelligi q̃dẽ. Qui se mutuo nõ diligũt, simul diu stare nõ ñt. Impossibile
ꝓfecto est multos idẽ uelle, & se nolle ad inuicem. Impossibile est itẽ multos se
odisse, & simul in pace ꝓsistere. Vt igit in pace quã amplexꝰ es, ꝑmaneas, ames
oportet oẽs hoĩes illius pacis tibi fœdere sociatos. Amplexus es domesticã pa
cẽ, ames oportet familię p̃sidẽtẽ, familię utilitates, singulos de familia, & illi te.
Aut pagana, hoc est uiuis in oppido, in ciuitate, uel in pago, ames oportet, &
colas loci p̃sidẽ, iura loci, incolas eius, & illi te, aliter pacẽ nõ hẽbis. Christianꝰ
effectus es, immo ab ineunte prima infantia esse cœpisti, ames oportet deum
añ oĩa, Christũ sup oĩa iura christianę ꝓfessionis in primis uenereris, ames &
oẽs christianos. Si hoc facis, uerꝰ es hęres Christi, Si nõ facis, christianũ te esse B
mẽtiris. Impossibile est. n. christianũ esse, & odisse christianũ, Christianꝰ est q̃
fidẽ Christi tenet re, nõ uerbis tm̃, Verba nãq; rei ueritatẽ nõ faciũt, sed a rebꝰ
uerba accipiũt ueritatẽ. Si uere christianus es, re si tenes mãdata Christi, audi
Christũ. Hoc est p̃ceptũ meũ ut diligatis inuicẽ. Nõ ego, nõ theologus aliq;s,
non epũs, nõ papa hoc p̃cipit, Christꝰ ipse iubet. Vt sis christianus christianos
ama. Infœlix tu q̃ credis te christianũ, q̃ fureres si de Christo male sentire dice
reris, cur nõ te pudet corã oibꝰ oñdere malignitatẽ tuã, odio hñdo christiãos.
Dicit Christus, oues meę uocẽ meã audiũt. Quale aũt sit hoc audire, ipe decla
rat, & sequũtur me ꝑ obediẽtiã. Quę est uox tua dñe Iesu christe? Vt diligatis
iuicẽ. I tu nũc serua rãcorẽ, ꝓsequere, lacera, lania, dãnifica si potes, si nõ potes, in-
famia denigra christianũ, q̃a illũ hẽas inimicũ, Nisi resipiueris, nõ hẽbis partẽ
in hęreditate Christi, q̃nĩmo iã ab illa es pœnitꝰ exclusus. Hęreditas christi pax
est hoĩbꝰ bonę uolũtatis. Tu q̃ odio habes ꝓximũ, q̃ pacẽ cũ illo hẽre recusas
q̃ ferrũ ꝓ ueste ĩduis, q̃ gladiũ ꝓ ornamẽto femur accingis, ut occidas, ubi hẽs
bonã uolũtatẽ? Resipisce miser, tecũ ipse recogita dñm deũ tuũ, dñm Iesũ chri
stũ, tuã ꝓfessionẽ christianã. Ne q̃so tã apte tã ĩpudẽter mẽtiaris deo tuo, ꝓfes
sioni tuę aię tuę. Da tibi ipsi pacẽ, restitue tibi hęreditatẽ prĩs & fratris tui, obtẽ
pera dño deo tuo, redẽptori tuo, audi q̃d ꝑ oẽm legẽ suã te facere uelit, Hoc ẽ
p̃ceptũ meũ ut diligatis iuicẽ. Dimitte igit odiũ & simultatẽ, dilectionẽ exaĩo F
susci pe. Sed q̃lẽ dilectionẽ? libidinosam ne? ꝑ quã. s. incõtinẽs diligit, ut se ipm
infamet & ꝓximũ? Dilectionẽ auarã quã q̃ lucra sequunt diligũt, blãdiunt ut
decipiãt? Dilectionẽ supbam, ꝑ quã ambitiosi te colunt, ut honoribus per te
potiãtur? Nõ has dilectiones uult dñs Iesus Christus. Quas uult? Audi illũ.

Sicut dilexi uos, Dilexi uos aũt nõ carnis, nõ pecuniæ, nõ ſublimitatis ſtudio. Dilexi uos amore pio, iuſto, ſyncero, Vis ſcire qualis ſit amor tuus? uide qd optes amato, ſi mũda, ſi pia, ſi iuſta optas, talis ẽ amor, Si turpia turpis, Ipe ſuo ſanguine tingi, ſuo fructu dignoſci, Quẽ fructũ affert nobis amor Chriſti? Legis chriſtianę obſeruãtiã, fœlicitatẽ æternã, Hęc iuſtiſſima, piiſſima iunt & oĩ decore ornatiſſima. Sãctꝰ eſt ergo amor, q̃ nos amat dñs Ieſus, Qm̃ eiꝰ amoris fructus nos efficit ſanctos. Diligite inuicẽ dicit dñs Ieſus ſicut dilexi uos, Si cut dilectio mea iuſta fuit, ſicut caruit oĩ labe peccati, ſic dilectio qua inuicem uos diligitis meę pacis hęreditario iure aſſequẽdę gr̃a pura ſit & ĩcõtaminata

¶ Quam excellenter dilexit ſuos dñs Ieſus.

Aiorẽ hac dilectionẽ nemo hẽt, ut aĩam ſuã ponat qs pro amicis ſuis,
m Plus mouent expimenta q̃ uerba, Ita ſemp dñs Ieſus, cũ prius feciſſet q̃ faciẽda docuerat, ubi amãdos nos inuicẽ monuit, oñdit id ſe feciſſe q̃d ſuadet, neq; feciſſe mediocriter, ſed excellenter, ſed ardẽtiſſime. Diximus iam
G ſępe amorẽ ope cõprobari, Amor.n. eſt ſtudiũ bñfaciẽdi amato. Qui maiora & chariora munera ſeu bñficia dat, magis diligere cõprobat. Qui dat ſe ipm dat maxia & chariſſima ſibi, ergo q dat ſe ipſum maximã charitatẽ hẽt, & oſtẽ dit habere. Quorſum hęc? Vt intelligamus q̃tũ nos amauit dñs Ieſus, Amauit ſe teſte, ſe ꝓbante, nos oẽs amore maxio. Qm̃ nobis & pro nobis oĩm maxia,
H oĩmq; ſibi chariſſima donauit. Donauit ſe ipſum nobis & pro nobis iã totiẽs, & nũc donabit modo q̃ ſe ultra donare nõ poterit, Donauit p̃cioſiſſimã diui nitatis gloriã oĩbus hoĩbus, qñ uerbũ caro factũ in uẽtre uirginis, deus uenit ad hoĩes factus hõ. Donauit ſe nobis ducẽ & p̃ceptorẽ, qñ pacis ueriſſimã ra tionẽ oñdit, & ad uerã fœlicitatis uiã p iuſtitiã, pietatẽq; mõſtrauit, p hanc ip ſam uiã primus inceſſit, ut p illius ueſtigia alacrius incedam⁹. Donauit ſe nobis ſacramẽtaliter in cibũ & potũ, ut q̃tiẽs uolumus illũ nobiſcũ habeamus, Dona turus ẽ de ꝓximo nr̃i gr̃a ꝓpriũ corpus cruciatibus, ſpũm triſtitiis, uitã morti, corpus exanime ſepulturę, aĩam inferis ut illos ſpoliet, & uictor p nobis reuer taꝰ ad nos. Eſt ne hoc exiguũ amoris indiciũ? Nonne ſatis, nõne ad integrũ &
I ad unguẽ executus eſt & ſup abundantiſſime cõpleuit q̃d te facere iuſſit? Sed q̃ſo aduertere ne pigeat q̃ modeſtę p̃cipiat dñs Ieſꝰ. Cũ ille amauiſſet nos q̃tũ oſtẽdimus, q̃tũ patres, uxores, aut filios nõ amamus, ĩmo q̃tũ nos ipſos amare recuſaremus. Quis.n. pro ſe ipſo mori eligat? nõ tn̄ arctare nos uoluit, ut nos inuicẽ tm̃ amaremus, q̃tũ ille amauit nos, nõ.n. dixit. Hoc eſt p̃ceptũ meũ ut di ligatis inuicẽ q̃tũ dilexi uos, ſed ſicut dilexi uos. Similitudinẽ impat, nõ æquali tatẽ. Si iuſſiſſet dñs Ieſus te mori pro alio, qa ipſe Chriſtus mortuus eſt ꝓ te, & nõ obediſſes, poſſes obiicere, tu p nobis moreris, qa potes cito reſuſcitare, & cito reſurges, ego me reſuſcitare ad libitũ nequeo. Vbi mortuꝰ fuero, uſq; ad iudicii magni diẽ, mortis umbra me poſſidebit. Ne inq̃ ſic te excuſares, nõ dixit mãdo ut diligatis inuicẽ q̃tũ dilexi uos, ſed ſicut dilexi uos. Aſſimilari uo luit amorẽ tuũ amori ſuo, ut hẽat cõſimiles rõnes, cõſimiles occaſiões, nõ ęqua les uires, nõ pares effectus. Hoc recuſare nemo põt, Amare nẽpe ſine fraude ſine uitio poſſumus, ſi uolumus. Hoc eſt p̃ceptũ meũ ut diligatis inuicẽ ſicut di

lexi

lexi uos. Sit dilectio vr̃a ſiliꝰ meę, qm̃ ęq̃lis eſſe nõ põt, tãto amore ꝓſecutꝰ ſũ uos, ut me darẽ ꝓ uobis in morte, qa maiorẽ hac mea dilectionẽ nemo hẽre põt, ut aĩam ſuã ponat pro amicis ſuis, habete minorẽ, ponite fortunas, ponite opa, ponite induſtriã & ingeniũ, ſubuenite uobis inuicẽ, ditiores tenuioribus alimenta date, auxilium debilibus p̃ſtate fortiores, dirigite incautos conſilio ueſtro, q prudentia p̃polletis. Hæc facientes pacẽ habebitis in repub. chriſtia na hic militante, pacẽ hẽbitis in eadẽ triumphãte. Suſtinebitis & uigilabitis hic cũ dño Ieſu p compaſſionẽ, in futuro aũt ſeculo per æternam fœlicitatem.

¶ De patientia amplectenda ad conſeruationem pacis.

I mũdus uꝰ odit, ſcitote qa me priorẽ uobis odio habuit. Si de mũdo
s fuiſſetis, mũdꝰ q̃d ſuũ erat diligeret. Quia uero de mũdo nõ eſtis, ſed ego elegi uos de mũdo, ꝓpterea odit uos mũdꝰ. Memẽtote ſermonis mei quẽ ego dixi uobis. Nõ eſt ſeruꝰ maior dño ſuo. Si me ꝓſecuti ſunt, & uos ꝓſequẽt, Si ſermonẽ meũ ſeruauerũt, & vr̃m ſeruabũt. Duo uẽti, duo turbines torrẽteſue duo rapidiſſimi, pacis ſtructurã euellere & eradicare ſũt ſoliti. Inſo K
lẽs ſupbia, dũ pax ꝓſpa eſt, dũ nihil ſentit aduerſi, aĩos elatiõe ſollicitos tenet, Et ubi (q̃ſi uẽtꝰ uela) turgidos aĩos fecit, mox rapit ad rixas, cõtumelias, ĩiurias. Deiñ adducit uulnera, cędes, priuatorũq; ruinas. Tandẽ uero publica ſternit. Cõtra hũc uẽtũ, cõtra hũc torrentẽ & turbinẽ fundat pax in amore charitatis. Charitas.n. nõ iflat, nõ ęmulat, nõ agit ꝓperã. Cõtra uero dũ aduerſa cõtingũt L
ira & accidia ĩpatiẽtiã adducũt, alter turbo eſt ſubuertẽs pacẽ, hæc deſpationẽ cõuehit, q̃ ſubuerſã pacẽ eradicat, & a fundamẽtis tollit, p hęc malis uincit animus, p hæc priuata & publica primo negligũt, deiñ hñtur odio, vñ deſpant & penitꝰ peũt nullo releuãte. Hęc aduerſꝰ mala opꝰ eſt patiẽtia, Ipſa.n. opꝰ pfectũ hẽt. i. ĩ ſua pfectiõe cõſeruat. Certe nõ errauit ille q dixit, Maxia morũ ſemp ẽ patiẽtia uirtꝰ, Nã ſi nõ minor eſt uirtꝰ q̃ q̃rere parta tueri. Patiẽtia q̃ oẽs tuetur M
uirtutes, nulli illarũ erit ĩferior. Erit etiã oĩbꝰ ut maneãt neceſſaria. Huius rei gr̃a ſapiẽtiſſimꝰ architectꝰ dñs Ieſꝰ chriſtꝰ, pacis ſuę pulcherrimã ſane & amœ niſſimã domũ cõmunire cõſtituẽs, poſt dilectiõis iacta fundamẽta ad fũdamẽ ta patiẽtię ponẽda cõuertit dicẽs, Si uos qbꝰ teſtõ relinq̃ meã pacẽ mũdꝰ odit, & p odiũ (ut infra docebit) uos infeſtat. Sc̃itote qa me priorẽ uobis anteq̃ uos odiret uel priorẽ uobis. i. p̃ſtãtiorẽ & dñm vr̃m odio habuit. Ideo ne turbemi ni, ne uos ĩcepti pœniteat, legatũ obediẽtiæ mãdatũq; de charitate ſeruãda ne abiicite. Quia mũdꝰ nullã hẽat charitatẽ, nõ iccirco eã deſerite, plenus eſt odio mũdꝰ, & qa duo cõtraria ſiꝰ in eodẽ eſſe nõ p̃nt, qñ alterũ accreuit ad ſũmũ mi rari nõ debetis, ſi odit uos mũdꝰ. Vultis uidere mũdũ ad cumulũ odio plenũ eſſe? Odit ſũmã ueritatẽ & bonitatẽ. Odit.n. me q ſum uia ueritas & uita, odit me priorẽ uobis. i. potiorẽ oĩ gñe uirtutũ, qa ergo plenꝰ ẽ odio ĩpio, amorẽ piũ hẽre non põt. Nolite illi ſiles fieri. Nõ.n. eſtis de mũdo tã pdito, qm̃ de illo uos elegi, Itaq; ſi uos odit, ne miremini, qa me priorẽ uobis odio habuit. Si de mun do fuiſſetis, mundus q̃d ſuum erat ſuo perdito amore diligeret, Quia uero de mundo non eſtis propterea odit uos mundus. Videte quæſo quam ſapiẽter hic ſe ſapiẽtia gerat, Crimẽ læſę maieſtatis eſt ſentire cũ principis inimico, ſen N
tire cũ reipu. hoſtibꝰ, uel cũ illis eſſe amicitia fœderatũ. Ius q̃q; amoris priuati hoc hẽt, ut amicorũ noſtrorũ amicos amemus, & inimicos eorũ odio hẽamus.

Amicorũ.n.est una uoluntas,una utilitatis & cõmoditatis ratio,Iã dñs Iesus se ut principẽ & legẽ uiuã amãdũ oñdit,& se amare dixit q̃s pacis hęredes instituit,q̃sue pace donauit.Mundus odio hẽt Christũ,ergo cũ Christo sentientes odio habeat necesse est.Cõsentaneũ est igit nõ turbari si odit uos mũdꝰ.Q̃m prius odio habuit dñm deũ nostrũ,principẽ nostrũ,nostrã uitã legẽ. Immo si tristabimur ꝙ mũdus odio habeat nos,si eius odiũ subterfugere tentabimus, ueri amici Christi nõ erimus.Si pacẽ cũ mũdo uel amicitiã fecerimus, erimus ꝓditores & læsæ maiestatis crimine tenebimur.Q̃m cũ inimico principis nr̃i pacis & amicitię fœdus hębimus,& nostrę reip.hostẽ (q̃d extremæ infamiæ cumulus est) diligem⁹. Sed q̃s hic mũdus est q̃ dñm Iesum odio habuit,& ad huc hẽt? Nõ angustus ille oĩa claudẽs orbis.Ille.n.amicus ĩmo subdit⁹ est dño Iesu christo,factus est ꝓ ipm & ꝓ ipm cõseruat & durat. Nõ sublunaris globus nõ elemẽta,nõ ex eis mixta nascẽtia mũdus sunt,q̃ odit dñm Christũ.Hæc oĩa illi obediũt, Vẽti & mare obsequũt eidẽ,nõ fortuita bona,neq; fortuna (quã stolidũ uulgꝰ oĩm utilitatũ p̃sidẽ facit) sunt mũdus osor.Q̃m nihil hñt hęc cõe cũ dño Iesu,neq; illis est dñs Iesus molestus in aliq̃.Iubet reddi cęsari q̃ sunt cęsaris,& q̃ sunt dei deo.Ipse etiã q̃tidiano pane cõtẽtus,neq; perã, neq; zonã, neq; pecuniã ad uiaticũ deferẽs,nõ hẽt domũ,non diuersoriũ,neq; tugurĩ ꝓ priũ ubi caput reclinet.Mũdꝰ q̃ odit Christũ diabolꝰ est & angeli eiꝰ.Mali q̃q; hoĩes ministri eius,pacẽ hoĩm bonæ uolũtatis turbare studẽtes mũdi hic noĩe accipiẽdi sũt. Si ergo mũdus.i.si mali angeli & mali hoĩes q̃ mũdꝰ sũt,reprobatus uos odit,scitote ꝙa me priorẽ uobis odio habuit.Cur nõ potiꝰ dixit dñs Iesus,Si Iudæi,si scribę,si pharisei,si famaritę,si aliq̃ libet gẽtes uos oderũt,scitote ꝙa me priorẽ odio habuerũt.Nouerat dñs Iesus apostolos suos cęteroscꝫ discipulos ubicꝫ gẽtiũ dispgẽdos,neq; a sola lũdęorũ gẽte passuros iniuriam,sed ab oĩbus populis cruciãdos,Itacꝫ cõtinẽs primũ ꝓ primo cõtẽto posuit.Scitote ꝙa me priorẽ uobis odio habuit.Si de mũdo fuissetis,mũdus q̃d suũ erat diligeret.Apte dignoscit dñm Iesũ hic mũdi noĩe nõ sphæras, sed habitãtes illas (rõnis inq̃) capaces creaturas intelligere,nõ q̃dẽ oẽs,sed in peccato manẽtes. Apostoli reliqꝫ discipuli,erãt tũc de nũero sphęrã sublunarẽ habitãtiũ.Et q̃ nũc sũt uere christiani eodẽ orbe claudũt,q̃ tñ nõ sunt (teste Christo) de mũdo quẽ loq̃t.Quare mũdus hic ꝓ sphæra prima,uel ꝓ oĩbꝰ in ea cõtẽtis nõ accipit,sed ꝓ illis q̃ in uirtutũ odio pseuerãt.Existimo saluatorẽ nostrũ duos mũdos intellectuales,siue duas sphęras spũales hoc loco præsumere,unam amoris & gratiæ,hic mundus est bonorum angelorum & hominum bonæ uoluntatis.Alteram è contrario odii & miseriæ,hic mundus est reproborum angelorum & hominum perditorum. Absit uero ut per hæc quis credat,duo esse prima principia,quemadmodum stulti Manichæi opinati sunt.Princeps nãcꝫ mundi miseriæ non est uere princeps.Quoniam & sui mundi nullum est principium,nisi æquiuoce,nam & ipsa miseria æquiuoce entis habet rationem. Sed de his alibi, satis sit hic intellexisse quid mũdi noĩe saluator dicere uoluit. Si de mũdo fuissetis,mundus q̃d suũ erat diligeret.Videte q̃ apposite ad iã dicta loquatur magister sapiẽtissimꝰ,Supra habitũ est principẽ subditos amare & subditos

& subditos principẽ,ac se inuicẽ diligere oportere,ut dure principatus. Consentaneũ est igitur si apostoli,si discipuli dñi essent de mũdo malignãtiũ.i. partes factiõis potius q̃ reip.a prĩcipe illius & a subditis illos diligi.Quia uero de mũdo nõ estis,ꝙa ego uos de mũdo elegi,ꝓpterea odit uos mũdus.Cõsentaneũ est istud,Q̃m sicut unitas ꝓfessionis parit amorẽ & nutrit, ita disparitas odiũ pariat & nutriat necesse est,de cõtrariis.n.cõtrarios oportet fructꝰ insurgere.Sed nõne apostoli & discipuli oẽs,nõne oĩes q̃ in mũdo sunt christiani q̃tũlibet iusti in peccato nati sunt? & in iniqtatibus matres eorũ cõceperũt illos? Nõne illi ipsi apostoli,ꝓxime deserturi erant dñm Iesum Christũ,& Petrus a negatiõis & blasphemię crimine nõne tenẽdus erat? Erãt ergo de mũdo & nos de mũdo sumus,de mũdo dixerim peccati,odii,atcꝫ miserię. Rñdet dñs Iesus.Quia elegi uos de mũdo,Si de mũdo nõ fuissent,nequaq̃ de illo elegi potuissent.Igitur ante electionẽ de odii mũdo fuerãt,Electione extra mundũ odii positi sunt,in mũdocꝫ gratię cõstituti.Ita sua culpa de mũdo erãt ꝓdito & nos eodẽ de mũdo fuimus.Gratia uero & illi & nos de mũdo odii nõ sumꝰ Hoc est q̃d dicebat Apostolus,Gratia dei sum id q̃d sum.In mũdo q̃ppe amoris & gratię esse nemo põt sine gratia.Memẽtote sermonis mei quẽ ego dixi uobis.O christiani q̃so ne mente excidat,q̃d Christus memoria tenẽdũ iubet, Iubet meminisse sermonis quẽ dixit,Hoc si fecerimus bñ succedẽt oĩa. Sed q̃s hic sermo.De mũdo nõ estis,ꝙa elegi uos de mũdo? Si meminerimus nos nõ esse de mũdo odii uel de factione ꝓditorũ.Si meminerimus illã esse nobis inimicã,pudebit,pigebit nos,horrebimus sentire cũ illa.Pudebit pigebit nos peccare,Peccatũ horrebimus,si meminerimus illud esse de factione nostrę reip. inimica.Si meminerimus electionis bñficio nos ereptos de numero & societate infœliciũ,& ꝓditorũ in odii miseria.Si meminerimus ꝓ gratiã factos de numero & societate fœliciũ,adduci nõ poterimus ad peccãdũ.O christiani q̃tiẽs de aliq̃ crimine tẽtamini,q̃tiẽs inq̃ supbia inflat,aut auaritia exiccat,aut luxuria adurit,aut gula cõtorquet,aut rapit ira,aut uexat inuidia,aut accidia uos mordet,memẽtote q̃so sermonis quẽ dixit dñs Iesus, memẽtote inq̃ ꝙa nõ estis de mũdo illarũ miseriarũ.Mementote uobis illas esse inimicas,uos uelle miseros efficere.Memẽtote ꝙa Christus elegit uos,eripuitcꝫ de calamitatibus illis, ut ad fœlicitatẽ ꝓduceret ꝓpetuo possidẽdã,Si q̃s pãnosꝰ & mẽdicus ꝓ cœnũ porcos seq̃ solitꝰ assumat in regiã,& regiis aulicis annumeret,uestiat,nutriatur,ut aulicꝰ q̃s illũ ferat reꝺonãtẽ uocẽ vñ porcorũ cõgregatio fieri solita est? Quis ferat indutũ ostro cœnũ cõmiscere porcinũ,faciẽ fœtoribꝰ squalidã,manuscꝫ scabrosas rubigine bruta,corpe toto,ĩcessu & gestu pferre porcinos mores? Memẽtote sermõis mei.Memẽtote bñficii mei dicit dñs Iesus. Vos eratis de mũdo porcino,nõ tm porcorũ custodes,sed a custode porcorũ diabolo ꝓ uitiorũ lutabra cõuoluti,laceri,nudi,famelici,Elegi uos ut edatis sup mẽsam meã. Memẽtote sermõis mei quẽ ego dixi uobis,Memẽtote ꝙa nõ estis de mũdo tã bruto meo bñficio.Nã mea electiõe de illo uos eripui,q̃d si feceritis(ꝙa nõ est seruus maior dño,uos estis mihi serui,ego uobis dñs) intelligetis cõsentaneũ esse,ꝙ si me persecuti sunt,& uos persequẽtur,quoniam si persecuti sunt maiorem, persequentur ergo minores, Quare de eorũ ꝓsecutiõe ne turbemini

Si sermonē meū seruauerunt, & uestrū seruabūt. Sed nō seruauerūt meū, qua
re uestrū minime seruabūt. Qm̄ q principis spernit uiuā uocē, nūcii q̄q̄ sermo
nes nulli faciet. Cū multa hanc sniam cōprobātia & declarantia, psecutus esset
dominus Iesus, cur omnia dixerit manifestat, ubi Ioannes hæc scribit.

¶ De perseuerantia patientiæ retinendæ in aduersis.

Aec locutus sum uobis ut nō scādalizemini, absq; synagogis faciēt uos
h Sed uenit hora ut oīs q interficit uos, arbitretur obsequm se p̄stare deo.
Et hęc faciēt uobis, qa nō nouerūt patrē neq; me. Sed hęc locutus sum
uobis ut cū uenerit hora eorū reminiscamini, qa ego dixi uobis. Hęc aūt uobis
ab initio nō dixi, qa uobiscū erā, Patiētiā quā cōplectēdā a bonis uiris hacten
mōstrauit dns Iesus, nūc ab eisdē docet esse retinendā. Mos erat (q etiā nūc ui
get) nō trahi pro crimine in iudiciū, nisi sufficiētibus indiciis, p multos & pro
bos uiros affirmatis, iudicii p ostēsis, ne hoīes innoxii calumniā infamiā & ia
cturā capturæ sentirēt, si passim & p libidine iudicia contra illos incepta fuis
sent. Neminē insup q̄uis multis cōtra eū delatis corā iudice indiciis, iā captum
cōdemnari licebat, nisi auditū & purgare indicia cōmonitū. Quod si non satis
legitime fecisset, punire illū fas nō erat, nisi cōdemnatū, iudicis sententia, pœnæ
modū & mēsurā statuēte. Synagoga iuxta Hieronymū doctrinā uel institutio
T nē sonat, Ita loca in q̄bus Iudæi legē & instituta maiorū discebāt. Synagogę no
men acceperunt. Quid est nūc dicere, Absq; synagogis, nisi absq; doctrina legis
p̄ter oēm legē & instituta maiorū faciēt uos trahi in iudiciū? nullis prius habi
tis īdiciis ad capturā faciēt uos inauditos cōdemnari? Nullaq; snia cōtra uos
V lata, nulla pœna in uos decreta faciēt uos, a carnificibus laniari & cruciatibus
enecari? Sed ne scādalizemini. Occasio peccandi ex puerso ope data uel acce
pta scādalū est. Ita q dat occasionē delinquēdi scādalizat, q accipit scādalizat.
Paulus nēpe scribens ad Corinthios, ubi declarauit an de cibis īmolatis idolis
liceat māducare, cōcludit, quapropter si esca scādalizat fratrē meū, nō mādu
cabo carnes in æternū, ne fratrē meū scādalizem. Et secūdū ea q̄ Paulus illic p
git oñdere, doctus q māducat idolis īmolatū, sciēs nō esse ꝓhibitū, scādalizat
fratrē. i. dat peccādi occasionē, infirmę cōsciētię fratris indocti, credentis idolis
immolatum sine culpa non manducari. Indoctus uero qui accipit occasionem
X manducandi, cū erronea consciētia scandalizatur. Nō aūt idē est causam & oc
casionē dare peccato, qa grauius peccat dans causam q̄ occasionē. Causam da
re est p̄bere materiā, ut gladiū occidere p iniuriā cogitanti, aliud ue instrumen
tū sine q̄ peccatum fieri nequiret. Aut p̄bere formam oñdendo modū ad faci
nus. Aut se efficientem exhibere, fauore p̄stito. Aut finē se constituere, ut mer
cedem p̄mium ue pro scelere polliceri. Aut bonum assequendum uel malum
fugiendum ostendere ut sceleri detur locus. Occasionem peccato dare, nō est
peccanti uoluntarie cooperari per aliquod causæ genus sed solum præter in
tentionem adminiculum exhibere peccaturo. Vt si quis peccat non ut alius
idem faciat, & tamen suo exemplo alius ad peccatum accenditur. Si quis item
fabricat gladiū ad iustā defensionē. Quo sicarius ad neces & uulnera postmo
dū abutat. Redeamus unde discessimus, Sed uenit hora ut oīs q interficit uos,
arbitretur

arbitret obseqū se p̄stare deo. Et hæc facient uobis, qa nō nouerunt patrē, neq;
me. Sed qa p ignorātiā uobis erūt infesti, qa. s. arbitrabunt obsequm se p̄stare
deo, uos interficiendo, nō ꝓpter ea scādalizemini. Quis. n. stulto irascit aut pu
ero? Peccabūt p ignorātiam, nō ergo illis assimilemini. Quis. n. stulto ignaro
aut nescio uelit acquiescere, aut illū imitari? q uero p ignorantiā peccent. Inde
cōstat. Quia nō nouerūt patrē neq; me. Qui legis & institutorū ciuiliū prima
principia penitus ignorat, nō mirū si leges ipsas, & instituta nō nouit. Dei noti Y
tia oīs diuini & humani iuris primū fundamētū est, & adeo necessariū, ut etiā
q deū uix adorauerūt, dixerint opinionē de diis, utilē & necessariā ad remp. cō
stituēdā & decorādā. Itaq; si mūdus, si pfidi hoīes, q neq; deū autorē, neq; me
doctorē legis nouerūt, sine lege, sine institutiōe maiorū uos opprimēt, estote
patiētes, supportatā hñtes eorū ignorātiā, gaudētes de vra scientia & doctrina
ꝓpter quā talia sustinebitis. Certe sicut nobilior est aīa q̄ corpus. Ita pœna aię
durior est corpis cruciatu. Quę porro maior est aīæ pœna q̄ ignorātiæ? Illi q
uos absq; synagogis affligent in corpe, p cęcā ignorātiā torq̄bunt in mēte. Cō
patimini igit eis, suorūq; malorū uos pigeat. Cogitāte q̄tūlibet uos crucient in
carne, illos peius spiritu esse uexatos, Vram conditionē ita meliorē intelligetis
esse q̄ suā. Vnde nō scādalizabimini, sed æq̄nimiter supportādo in patiētia ue
stra possidebitis aīas vras, uestriq; cōpotes tormēta supabitis. Est aliqua igno Z
rātia nō puniēda, quā. s. sine nostra culpa, sine nostro ope, sine nostra uolūtate
sustinemus. Vt si inuestigādo & īsectari me credēdo ferā ueprib⁹ frōdibus ue
mea snia latitātē, & natura loci latibulū ferę credere me facit, expior nihilomi
nus, an aliud q̄ fera sit q̄d sentit, nihil humanū discernere q̄o. Iaculor & hoīem
occido, excusabit me ignorātia, nisi forte puniar, qa uenari mihi nō licuit. At
si locus hoīem īdicare potuerat, si facies, si uox īdicauerat, & indiciis credere
nolui, uel indicia aduertere recusando, p fera hoīem p̄cussi, nō ero liber a pœ
na. Si q̄s itē clausis oculis ne lumē uideat, cū & q̄n opus erat uidere q̄ tēderet,
& in foueā ceciderit, aut se p̄cipitauerit, erit ne sine culpa, q̄ damnū sibiipsi in
tulerit? Si clausis etiā oculis q̄s ferat ensem euaginatū, & feriat obuiū, nōne pu
niet, & tñ nō uidit quē uulnerauit. Cōtra si cęcus cadit in foueā, aut in illā aliū
īpingit, uel uulneret telo, q̄d nō aīo nocēdi ferebat, excusabit, & uenia ac mise
ricordia dign⁹ hēbit. Ita nō uidere uolūtarie q̄ uidisse oportuit, culpā nō tollit.
Qua de re plenius libros ethicorū Arist. exponētes copiosius dixi. Hic tantillū
attulerim ut Iudaicā ignorātiā inexcusabilē agnoscam⁹. Sed si hęc illos nō excu
sat, cur dns Iesus ad eorū excusationē illā affert corā apostolis? Affert non in A
excusationē erroris & criminis, sed in patiētiæ argumētū, ut. s. apostoli discant
æquanimiter tollerare ꝓpter deū uere discāt, q̄d illi ꝓpter deū se falso opinātē
facere. Vt gratias deo agāt, q̄ illos de mūdo elegit, neq; tenebris tā stolidæ, tā
malignę, tā piculosę, tā infœlicis & miserę ignorātię cū mūdo inuolutos reliqt
Vt meminerint secū bn̄ agi. Qñ si damnū patiātur in corpore, lucrū in anima
iam sunt assecuti. Hanc esse Christi sententiam, ab illo ipso discere ne pigeat.
Sed hæc locutus sum uobis, ut cum uenerit hora eorum reminiscamini quia
ego dixi uobis, q̄ facient uos absq; synagogis cruciari & mori, quia non noue
runt patrem neq; me, non ut illos excusem, sed ut uos armem ad patientiam,

reminiſcẽtes qa ego dixi uobis q̃ paſſuri eſtis. Et cũ hora eorũ torquẽdi uos uenerit, ſitis patiẽtes. Quia prudẽtes et p̃meditatos uos reddidi. Et qa ego dixi uobis, ipſi uos p̃ſequẽtes, pœnas p̃ ignorãtiã affectatã, maiores ueſtris cruciatib⁹ luũt, reminiſcamini cõditionẽ ueſtrã & p̃ſequẽtiũ uos. Ita nõ ſolũ patiẽtes eritis, ſed eligẽtes magis affligi corpe q̃ mẽte ſpõtaneã cõgrere cęcitatẽ. Hęc autẽ uobis ab initio nõ dixi. Nõ. n. oportebat. Quia adhuc erã uobiſcũ, & uos docere in ambiguis, adiuuare in laboribus, cõfortare in tribulationibus poteram.

¶ Epilogus lẽgatorum iure hæreditatis relictorum.

Vnc aũt uenit hora & iam uenit, ut diſpgamini unuſq̃ſq̃ in ꝓpria, pro
n uita ſeruanda. Nõ ideo turbetur cor ueſtrũ, neq̃ formidet, Et me ſolũ relinq̃uatis euntẽ ſponte, & pro uobis ad mortẽ oĩm acerbiſſimã. Hæc locutus ſum uobis, ut in me pacẽ habeatis, quã uobis pro hæreditate teſtõ reliqui, nõ uobis tm̃ ſed oĩbus hoĩbus bonæ uolũtatis, q̃bus angelorũ p̃conio me naſcente ꝓmiſſa eſt, hanc aũt habeatis in me & a me ſolo, nõ aliunde. Quia in mũdo p̃ſſurã habebitis, nõ pacẽ, uexatiões, tribulationes, pœnas, mortes, a mũdo expectate affligente uos, & pacẽ quã uobis relinq̃ turbare conante. Sed in his malis tollerãdis cõfidite, ſimul fidẽ & pacẽ & ſpem habete in me. Cur in te cõfidamus, q̃ nũc moreris bone Ieſu? Ego uici mundũ, neq̃tiæ fraudis & odii.
B Vici draconẽ magnũ, q̃ me in deſerto aggredi nõ eſt ueritus. Vici coniuratos malignos ſpũs, q̃rum multos uos ipſi mea uirtute a corpibus obſeſſis effugauiſtis. Ego p̃ legiones in porcos miſi, & ad maris ꝓfunda cõpuli aufugere. Vici ſcribarũ ſacerdotũq̃ auaritiã, inuidiã, ſupbiãq̃ eorum contudi. Ita ut nõ apte amplius contra me inſurgere audeant, ſed clam & ꝓditorie occidere me q̃rãt. Et qa me p̃ lucẽ cape timent, aggrediuntur in tenebris, Vici mundũ inferiorẽ pœnarũ & malorũ oĩm domiciliũ. Reſtat de illo triũphẽ, triũphabo p̃ mortẽ, qñ glorioſe reſurgã. Reſurgere uero nõ poſſem niſi p̃morerer. Sed ad breue maneo mortuus. Quia mors mihi nõ dñabitur. Ego iã uici mũdũ. Mors ergo mea qm̃ uictoris eſt, & mors nouo modo uincẽtis in morte dolẽda nõ eſt, qa p̃ illã ego non uincor. Iam uici mundũ. Vinci non poſſum. Neq̃. n. tm̃ particulariter uici, non tũci unũ aut plures belli duces, q̃ aliorũ adminiculo & fauore bellũ inſtaurẽt, non reſtant inimici alicubi integri, q̃ pro uictis ſuſcipiant bellum. Ego uici mundum totum, omnem malitiã, omne odium quod erat in mũdo uici. Victoriæ fructus pax eſt, Confidite igitur & in me habete pacem, quã optimo iure uictor uobis teſtamẽto relinquo inſtructam fide, charitate firmatam, obedientia ſeptam, & patientia communitam.

¶ De inſtitutione teſtamenti executoris. TEXTVS

Aec locutus eſt Ieſus & ſubleuatis oculis in cœlũ dixit. Pater uenit ho
h ra, clarifica filiũ tuũ, ut filiꝰ tuus clarificet te. Sicut dediſti ei ptãtem oĩs carnis, ut oẽ q̃d dediſti ei, det ei uitã æternã. Hęc eſt aũt uita æterna, ut cognoſcant te uerũ deũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. Ego te clarificaui ſup terrã, opus cõſumaui q̃d dediſti mihi ut faciã. Manifeſtaui nomen tuũ hoĩbus q̃s dediſti mihi. Tui erant, & tu eos mihi dediſti. Et oĩa uerba q̃ mihi dediſti, dedi eis, & ipſi acceperunt, & cognouerũt qa a te exiui. Et crediderũt qa tu me miſiſti.

miſiſti. Ego ꝓ eis rogo qa tui ſunt, & oĩa mea tua ſunt, & tua mea ſunt. Et ego iã in mundo nõ ſum, & hi in mũdo ſunt, & ego ad te ueniõ. Pater ſerua eos in noĩe tuo q̃s dediſti mihi ut ſint unũ ſicut & nos. Cum eſſem cũ eis ego ſeruabã eos in nomine tuo. Quos dediſti mihi ego cuſtodiui, & nemo ex his periit, niſi filius ꝑditionis ut ſcriptura impleat. Non rogo ut tollas eos de mundo ſed ut ſerues eos a malo. Sãctifica eos in ueritate. Sermo tuus ueritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mundũ ita ego mitto eos in mũdũ, & ꝓ eis ego ſanctifico me ipſum, ut & ipſi ſanctificati ſint in ueritate. Nõ pro eis aũt rogo tm̃, ſed & pro eis qui crediturí ſunt per uerbum eorũ in me, ut oẽs unum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te ut & ipſi in nobis unũ ſint, ut ſint cõſumati in unũ. Pr̃ q̃s dediſti mihi uolo ut ubi ego ſum & ipſi ſint mecũ ut uideant claritatem meam quã dediſti mihi qa dilexiſti me añ cõſtitutionẽ mũdi. Pater iuſte mũdus te nõ cognouit. Ego autẽ te cognoui, & hi cognouerũt qa tu me miſiſti, & notũ feci eis nomẽ tuũ & notum faciam, Vt dilectio quã me dilexiſti in eis ſit & ego in ipſis.

¶ De inſtitutione fide cõmiſſarii tutoris curatoris & executoris teſtamenti domini noſtri Ieſu Chriſti declaratio.

Vpereſt ut teſtamentarium executorẽ fide cõmiſſariũ meũ, tutorẽ &
s curatorẽ ueſtrum uobis inſtituã, Inſtituo p̃rem meum omnipotentem deum, qui uobis teſtamenti mei iura conſeruet, Subſtinete igitur hic & uigilate mecũ. Audite Ieſum, ſubleuatis oculis in cœlũ pro uobis p̃rem allocutem. Pater, qa ſicut p̃fatus ſum abeũte hinc Iuda proditore, clarificatus ſum purgatione collegii mei, q̃n impurus ille ab his puris abſceſſit, Spuma. n. abiecta eſt noſtræ cocturę, remãſitq̃ purũ collegiũ innocẽtiæ. Venit hora ut me in me ipſo clarifices, ſicut p̃fatus ſum q̃n ipur⁹ ille diſceſſit. Venit inq̃ hora qua diſcipuli mei deſerturí ſunt me, & ego ab illis deſtitutus capiar. Ergo p̃ clarifica filiũ tuũ. ſ. in ſemetipſo, quẽ paulo añ in ſuo collegio clarificaſti, ut filiꝰ tuus clarificet te. ſ. in temetipſo. Iam. n. clarificaſti eũ inter hoĩes, & ipſe te. Sed quõ clarificauit? Audite illũ. Sicut dediſti ei poteſtatẽ oĩs carnis. i. oĩs hoĩs ſaluandi, quẽadmodũ ipſemet ſtatim exponit. Vt ſ. omne q̃d dediſti ei ꝓ gr̃am reſtaurandũ, det eis uitã æternam. i. dare ſufficiat & p̃ſto ſit. Hæc eſt aũt uita æterna. Diſpoſitiue ĩ hac fragili carne. Vt cognoſcãt hic p̃ fidẽ te ſolũ eſſe deũ uerum, Et me quem miſiſti, cognoſcant eſſe Ieſum. i. ſaluatorẽ ſolum & uerũ Chriſtũ eſſe inũctũ oleo iuſtitiæ & clemẽtiæ. Hęc eſt uita æterna. Qñ incorruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatẽ in patria. Vt hi quos dediſti mihi efficaciter ſaluandos, intuentes te ſolũ, ſine intermedio, non in ſpeculo, neq̃ in ęnigmate, ſed apta facie cognoſcãt ſolum uerum deum. Cognoſcant etiam ſolũ & ſine ęnigmate, Ieſum ſaluatorẽ deũ Chriſtũ in humana natura gratia p̃tuſum, quẽ miſiſti æterna a te generatione deũ uerum, & quẽ miſiſti tẽporanea natiuitate hoĩem, ex Virgine ſola conceptũ. Ego te clarificaui ſup terrã in te ipſo, in uia & in ſtatu carnis corruptibilis, p̃dicans & docens quid per fidẽ de te rectã credi oporteat. Clarificaui inquã quãdo op⁹ fidei q̃d dediſti mihi ut facerẽ cõſumaui, p̃dicãdo, docẽdoq̃ uerã de te fidẽ, quale id opus ſit ipſe declarat. Manifeſtaui nomẽ tuũ hoĩbus, quos

e latrones unũ a dextris & unũ a ſiniſtris.Nemo miret̃ ſi hic nõ adduxero ingentẽ crucis magnitudinẽ & altitudinẽ non maior fuit,nõ lõgior, q̃ homo nõ lente ambulans portare potuerit.Et ipſe Ieſus pœnis exhauſtus, uiribuſq; deficiens portauit illã,quã puto uſq; ad caluariã portauiſſet,niſi accelerandi ſtudio Iudæi Symonẽ Cyreneũ ſufficere ſtuduiſſent.Neq; hãc crucẽ extendã in terra,& Ieſum trahi nunc brachiis,nũc uno pede,nunc altero,dũ extẽditur deplorabo.Nõ confringã clauos ad laniãdos neruos ſtudio crudelitatis obtuſos,nõ foramina crucis plus diſtantia plangã,q̃ palmæ attingere potuiſſent.Rationi iſta non conſentiunt.Qui tanto ardore illum crucifigi poſtulauerant.Quid dixi poſtulauerant? procurauerant, extorſerant.Qui tanta rabie illum ardebant crucifixum intueri.Qui timebant illum liberari,omnia accelerauiſſe,& ſuæ ardentiſſimæ rabiei,quæ ſine impedimento & cito ſatisfacerẽt in promptu habuiſſe credendi ſunt.Exiſtimo pro brachiorum lõgitudine crucem ad palmas manuum clauis configendis per idoneæ iam ante foratam, & pro menſura pedum nihil penitus defuiſſe, Quando dum Chriſtus exuit̃,oĩa ad menſuram fieri potuerunt.Figunt ergo crucem in terra,& illam quàm poſſunt ſolidiſſime firmant,Suſtinete,uigilate,attendite.Nudant ueſtibus ſaluatorem.Quod pauxillum pellis reliquum fuerat ĩteriori tunica per ſanguinem adhuc recentem dum induitur,eundo quaſi coagulatum adhærebat,Ita dum exuitur interula,pellis abraditur lacerata,fluit undique de corpore ſanguis, quod nudum apponitur cruci.Adheret dorſum ſtipiti,Caput ẽminet iuncturę Extenduntur a carnificibus ad crucis latera brachia ſimul ambo. Singulæ uolæ crucis foraminibus iam ad hoc factis applicantur,Singuli carnifices acutiſſimos clauos uolis admouent,locum tentant qui reſpondeat deſtinato.Comperiunt uno contextu ponderoſis malleis ingeminant ictus, Quiſque citius & expeditius confixiſſe ſatagit gloriari.Neque pedes interea dolore uacant.

Tertius carnifex duobus celeritate & miniſterii promptitudine cedere non uult, Pedes componit ad ictus. Quartus groſſiore clauo illos ſi- K

mul & ambos ad crucem configit. Ita quatuor ſatellites crudeliſſimi ſimul

crucifigunt ſaluatorē,& dū inter ſe prōptitudinis ſtudio ꝑualere nitūtur, uno cōtextu ictibus triplicatis cruci cōfixū relinquūt dn̄m Ieſum Chriſtū. Pendet ille,& dū nimietate doloris caput mouere compellit,noua pœna & crucifixis penitus inſolita,uexat acerrime.Pungit caput ſpinis. Si pedes remittat,pœna manibus ingeminat.Si manus releuare uelit pedibus innitēs,dolor illis auget intollerabilis.O uos q̄ tranſitis p̄ uiā,aſpicite & uidete,ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus.Duo nequā mecū crucifixi ſunt,ſed nō antea uerberibus lacerati.Pēdent illi reſtibus alligati,ego clauis cōfixus,inde laceror,unde ſuſtentor,& unde me oportuit ſuſtineri inde pendeo.Citius.n.clauis q̄ reſtibus me poſſe crucifigi iudæi cognouerūt.Latrones mecū crucifixi caput libere mouēt,corona ſpinea me ſine duriſſima pœna moueri nō ſinit.Fluit de capite p̄ ſpinas, de manibus de pedibus per clauos ſanguis,corpus omne liuet & rubet,manat & madet ſanguine,non tamen ſuper me,ſed ſuper uos ipſas o animę filiæ Ieruſalem flete,Suſtinete & uigilate mecum.

¶ De titulo ſupra domini Ieſu caput in cruce poſito.

p ILATVS quia ſine cauſę ſerioſa cognitione iniuſte cōtra Ieſum tuliſſe ſententiā ſtimulis cōſcientiæ urgebat interius,ubi illū uidit in cruce leuatū,& p̄ter morē clauis affixū,exiſtimauit opē p̄ciū aliq̄ p̄tendere excuſationē,unde ſui animi leuitatē & impietatem palliaret.Itaq; cur Ieſum ſic puniſſet paucis aperuit.Eſt igitur hic actus quaſi redditio cauſæ,& male ſentētiati ac executi palliatio. Vbi Pilatus cur ſic egerit cauſam reddit.Iudęi cauſam nō bene redditā emendari ſtudent.Pilatus declaratū mutare recuſat. Hæc nobis euāgeliſtæ demōſtrent.Ioannes.Scripſit aūt & titulū pilatus, & poſuit ſup crucē.Ieſus Nazarenus rex Iudęorū,Hunc ergo titulū multi iudęorū legerūt qa ꝓpe ciuitatē erat locus ubi crucifixus eſt.Et erat ſcriptū grēce hebraice & latine.Dixerūt ergo Pilato pōtifices iudæorū,Sed qa ipſe dixit,rex ſum iudæorū.Rn̄dit pilatus.Quod ſcripſi ſcripſi.Reddit̄one cauſæ quā ꝓlata & executa ſententia ſcripſit Ioānes,iā examinemus.Erat lege romana ſancitū,q̄d et deꝰ p̄ Moyſen dudū antea decreuerat, neminē publice occidi,niſi p̄ leges fuiſſet urgētibus demeritis cōdemnatus.Hoc in Ieſu crucifigendo Pilatus obmiſerat uiro certe celebratæ famæ (ſi Ioſepho iudęo credere uolumus,de illo iſta ſcribenti) Fuit aūt illis tp̄ibus Ieſus ſapiens uir,ſi tn̄ uirū noīare fas eſt,erat.n. mirabiliū opum effector,& doctor oīm eorū q̄ libēter q̄ uera ſunt audiūt,& multos q̄dē iudęorū,multos etiā ex gētibꝰ ſibi adiūxit.Chriſtus hic erat,Hūc accuſatione primorū ſacerdotū gentis uirorū cū pilatus in cruce agēdū eſſe decreuiſſet,nō deſeruerūt hi q̄ ab initio eū dilexerūt.Apparuit.n.eis tertio die iterū uiuus,ſecundū q̄ p̄ diuinitus inſpirati prophetæ,uel hæc,uel alia de eo innumera futura miracula eſſe p̄dixerunt.Sed & in hodiernū diem chriſtianorū ab ipſo nuncupatorū nomen reſtat & genus.Itaq; fama cognitū Romę Ieſum Pilatus eſſe cōſyderans,dubitauit apud Cæſarē accuſari,q̄ tm̄ ac talem uirum non dicta cauſa dediſſet auaritiæ & inuidiæ iudæorum crucifigendum. Vt igitur iuſte & pro magna cauſa extra ordinem dominum Ieſum oſtenderet crucifixum. Quia inter acta curiæ ſentētia nō extabat,titulū.i.cauſam ſolā necis,palā facere con

re conſtituit.Quod & hac tēpeſtate in extra ordinē punitis ſieri ſæpe contingit. Vbi infimæ ſortis & incogniti neq̄ā hoīes ſine titulo enecātur.Qui autē uel genere uel fortunis uel neq̄tia inſigniores ſunt,breui ſchedula aut inſtrumentis ſcelerū ſup̄ patibulis eorū appenſis,cur puniti ſint etiā mortui conteſtātur,ut q̄ p̄ter legē necati ſunt,non ſine cauſa interiiſſe uideātur.Hac inq̄ rōne fretus ipſe Pilatus,q̄a p̄ teſtes Ieſum non cōuicerat,& iudicii formā in dānādo eū penitus obmiſerat,titulū ſcripſit,quaſi confeſſionis aſſumētū,in q̄ ſibi mēriti coactus eſt,q̄d iuſte iudicātibus ſæpe, imo ſemp̄ cōtingere ſolet.Qn̄ ad iniuſtitiā palliandā nō cauſam pro cauſa ſuę iniuſtitiæ aut ſectari aut machinari cogūt.Quis ergo Ieſus nō ſe dixiſſet regē iudæorū,illorū.ſ.qbus Pilatus a romanis p̄ſes datus fuerat,& apte dixiſſet regnū ſuū non eſſe de hoc mundo,tn̄ nullū atrociorē titulū pilatus inueniens,unde magis tutari poſſet p̄ter ordinē crucifixi p̄miſiſſe Ieſum,pro nulla cauſa,pro nulla ſentētia,pro nullo iuris ordine in uiri iuſti dānatione ſeruato,falſum ſua opinione titulū & plane mentitū, Scripſit ſup̄ crucē eius,iā crucifixi ſcriptū affigi mādauit.Ieſus Nazarenus rex Iudæorū,ſup̄ duos latrones nihil penitus ſcripſiſſe legitur,Qm̄ de eorū dānatione in actis p̄torii plene cōſtabat.Ieſus Nazarenus rex Iudęorū eſſe cōſtituens.Punitus eſt ita,ut ceteris regnū affectātibꝰ trāſeat in exēplū.Hæc eſt tituli ratio,ſecundum quam Pilatus ſe apud Cæſarem tutari poſſe confidit. N

¶ Improbatio tituli.

h Vnc ergo titulū multi Iudæorū legerunt,q̄a prope ciuitatē erat locus ubi crucifixus eſt.Et erat ſcriptū græce hebraice & latine.Puduit Iudęos & alienigenas hūc titulū legi & intelligi,uerentes neq̄ illis exprobaretur (& a græcis in primis q̄bus erant odio) regē habuiſſe crucifixū.Et q̄d erat infamius illis inſtantibus & magna uoce a Romano p̄ſide poſtulātibus crucifixū.Hanc infamiā apud exteros timentes inſani,mutatione tituli euitare tentauerunt.Dixerūt ergoꝰ pilato.Noli ſcribere rex Iudæorū,ſed q̄a dixit,rex iudæorū ſum.Ita.n.nō uidebimur crucifixiſſe uerū regē, ſed regē aſſertū,neq; a multis ſed a ſe ipſo,Ideo addūt,Sed q̄a dixit,rex ſum Iudęorū.At p̄ſes q̄ nō eorū infamię,ſed ſuę cautelę in tituli appoſitiōe rōnem hērę cōſtituit,tutiꝰ duxit titulū p̄manere.Quod.n.ſe dixiſſet regē inſcitię & ſimplicitati (quā Herodes ſe deridere putauit) aſcribi poterat,& uſtū nō erat,ſimplicē & ſemifatuū pro uerbo penitꝰ ridiculo crucifigi,p̄ſertim q̄d ope nō eſſet aggreſſus ip̄lere. Ita p̄ſeuerās in ſuę excuſatiōis occaſiōe robuſta.Rn̄dit pilatus,q̄d ſcripſi ſcripſi ut p̄maneat.Quod ſcripſi ſcripſi & publicaui,iā mutari nō expedit.Quod ſcripſi ſcripſi,ſciēs & prudēs ſcripſi certa rōne penes me cōſtāte,quā uobis nō habeo reddere,neq; ab illa uolo recedere.Et certe pilate hoc unū inter tot mala puſillanimitatis & incōſtātię tuę bn̄ agis,q̄ p̄ſtas,& titulū nō mutas.Credis te mētiri & heſciꝰ ꝓfitatē ſcribis.Nullꝰ uerior titulꝰ cruci nr̄i ſaluatoris potuit īſcribi,qua de re alias fortaſſe copioſiꝰ,nūc p̄ ſummariū diſſeramꝰ.Ieſus ſaluator ꝑ p̄tat,hic quē crucifigis ſaluū facit populū ſuū a peccatis eorū.Saluat aūt p̄ mortē crucis q̄d dudū Moyſes figurauit.Qn̄ ſerpētem æneum ſuſpendit in ligno. Populus tunc in ſolitudine poſitus q̄ mordebatur a ſerpētibus uenenoſis,attē p

debat ſerpentẽ in ligno pendentẽ & ſanabat. Hoiecq; a dæmonibus in hac ſolitudine & ſylua cõdenſa humanorũ affectuũ quarias ſuggeſtiones peccatorũ uenenati ſunt, Chriſti crucifixione, morteq; abſoluunt a culpa, liberant a pœna, ꝓſeruantur in gratia. Si modo illũ intueantur ꝑ fidẽ rectã. Intuere Ieſum o Pilate, intuere ſaluatorẽ tuũ, & uos o fratres aduertite titulũ. Hic cũ quo mecũ ſuſtinetis & uigilatis? Hic quẽ pendentem in cruce uidetis, q triſtis eſt uſq; ad mortẽ, & non multo poſt pœnarũ nimietate moriturũ, Pilati. i. gentilis homis teſtimonio, uiri certe pro officio q̃d gerit nõ ſpernẽdi. Eſt Ieſus. i. ſaluator, liberator, redẽptor. Eſtis captiui, ſeruiq; peccati, affixus eſt cruci ut nos redimeret Gratis uenũdati eſtis, ueſtra uolũtate, nulla neceſſitate, nulla mercede, ſed malo ueſtro, ꝓpoſito uenundati eſtis pyratæ efferatiſſimo diabolo. Sine argento redimemini. Sanguinẽ & uitã uendidiſtis, & q̃d plus eſt aĩam, q̃ argento neq; cõpẽſari. Ieſus ſanguine ſuo hodie uos redimit, neq; parcus eſt hãc monetã, ꝓ uobis expendere. Iã aperuit q̃q; portas ærarii ſui. Vnde quaq; ꝑciũ exponit, modo illud uelitis expendere. Fuiſti ſupbus, accipe de ſanguine q per coronã exit a capite, humiliaberis. Vide qa pro tua ſupbia Ieſus in cruce caput leuare nõ põt. Deprimit illud corona ſpinarũ. Si erigit pũgitur acutiſſimis ſpinis. Accipe o ſupbe de hac ærarii huiꝰ ſacratiſſimi & ditiſſimi porta unde te redimas. Es auarus aut inuidus? Perge ad aliã ærarii ianuã. Manũ dexterã crucifixi Ieſu ſanguis inde ꝓfluit abundãter, apta eſt ad erogandũ pro te, nõ metallũ, ſed ſanguinẽ propriũ. O auare cur pro eius amore pecuniã non eroges, q pro te redimendo largiſſime ſanguinẽ de manu ſua dextera fundit? Extenſa eſt ad amplexandũ. Audies paulo poſt q̃ ſit beneficus. Amat oẽs, oĩbus gaudentibus congaudet, non cũ oĩbus tm̃, ſed pro oĩbus dolentibus dolet. Cur tu non deponis inuidiã? q Ieſum oẽs hoies amplexantẽ, & pro illis oĩbus manu dextera ſanguinem ꝓpriũ abundãtiſſime dantẽ uides? Es luxurioſus aut gulæ uẽditus? Ieſus ſiniſtra manu ꝓ tuis culpis mercedẽ ſoluit. Tu mollib⁹ delectaris, illa ferro acutiſſimo ꝓforata, ligno affixa pro te lacerat, ſanguinẽ copioſe ſpgit ꝑ multã amaritudinẽ indicibilẽq; dolorẽ, ut totas in ſanas delectatiões moderet, ſiſtat, frenet, & ꝓ illis ſatiſfaciat. Es ne iracũdus? Curris ad uindictã, hinc q̃q; captiuus effectus inferno? Apta eſt pro te in Ieſu ærario alia porta. Pes dexter affixus eſt cruci, ut ĩpetus irę te nõ rapiat, fluit ſanguine, ut ꝓ ſanguine quẽ fudiſti, uel fundere decreuiſti ſatiſfaciat. Laboras accidia & illa te captiuũ detinet? Alia ærarii porta pro te q̃q; in Ieſu corpe apta eſt. Pes ſiniſter eſt acutiſſimo clauo ꝓforatus, ut ſtimulis pũgẽtibus deponas accidiã. Dñs Ieſus totus erect⁹ & animi plenus q̃tũlibet pœnis exacerbatus ſtat, & pedibus ſuſtẽtat, ut ſpe te diſcas ſubleuare, & ad bñ opandum erigere. His igit q̃q; portis in Chriſti corpore Quaſi in ærario apertis, Quia per quinq; ſenſus ſeptẽ peccatis mortalib⁹ uenundati ſumus, gratis ſine argento, ſed non ſine p̃cio redimimur ſanguine dñi Ieſu Chriſti. Titulo ergo in ſaluatoris cruce ponẽdo, nullũ melius poterat dari principium q̃ Ieſus Nazarenus, a Nazareth deriuat. Eſt em̃ a loco originis deductum. Multa ſignificans, luxta Hieronymũ nẽpe nazareus ſeu nazarenꝰ, uirgultum, uel floridum, ſiue cuſtodiens aut ſeꝑatus, mundus, ſanctus, unctus, aut con

ſecratus nobis ſonat. Quæ oĩa ſignificata titulo crucis Chriſti ita concinũt, ut nullibi melius poſſint reſonare. Obmitto iam p̃ſagitũ ſaluatorẽ noſtrũ oriri ſicut uirgultũ de terra ſitiẽti. Sileo de illo p̃dictũ. Flos de radice aſcẽdet in uirga Ieſſe. Et reliqua huius noĩs ſignificata, a ꝓphetis de Ieſu copioſiſſime & aptiſſime cõſcripta ꝑtranſeo. Cuſtodientis rõnem ſilere hic nõ debeo, Cuſtodis eſt ſtare in ſpecula, oĩa circũſpicere. Ieſus q nos ſaluat, altus reſidet in mõte caluario, & eleuatus in cruce, attentus ad oĩa picula gregis, p̃ſto eſt ea omnia propulſare. Rex Iudæorum. Hoc ſufficiat explanaſſe ſuperius.

IMPROPERATIO

Ilites ergo cũ crucifixiſſent eũ acceperunt ueſtimenta eius. Et fecerunt
m quatuor partes unicuiq; militi partẽ, & tunicã. Erat aũt tunica inconſutilis deſup contexta ꝑ totũ. Dixerunt ergo, non ſcindamus eã, ſed ſortiamur de illa cuiꝰ ſit. Vt ſcriptura ĩpleret dicẽs. Partiti ſunt ueſtimẽta mea ſibi & in ueſtẽ meã miſerunt ſortẽ. Et milites q̃dem hæc fecerũt. Matthæus. Prætereuntes aũt blaſphemabant eũ mouentes capita ſua dicentes, Vah qui deſtruis templum dei, & in triduo illud reædificas, ſalua temetipſum, Si filius dei es deſcende de cruce. Similiter principes ſacerdotũ illudentes cum ſcribis & ſenioribus dicebant, Alios ſaluos fecit, ſe ipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex Iſrael eſt, deſcendat nũc de cruce, Confidit in deo, liberet eum nunc ſi uult. Dixit enim quia filius dei ſum. Id ipſum autem latrones dicebant.

¶ Improperationis declaratio, & primo a carnificibus illata.

Os eſt pro humanitatis neceſſitudine, reis damnatis dũ puniunt cõpa
m ti q̃tũlibet iuſte uexent, aliq̃d refrigerii impartiri, ſaltẽ uerbis cõſolatoriis eorũ pœnã reddere mitiorẽ, Cædũt pro Ieſu crucifixo omnia in cõtrarium. Pilatus crucifixum tituli appoſitiõe deriſit, & ad ſui excuſationem erroris, falſam crucifixo cauſam mortis ſe putat inſcribere. Carnifices ante crucifixi oculos ueſtimenta diripiunt, & ſup tunicam eius precioſiſſimo ſanguine madentem, ſortem mittunt. Prætereuntes illum iracunde blaſphemant, pontifices, ſcribæ & phariſei derident cauillis, ſalibus iniurioſe aggrediuntur. Latro communem pœnam qua iuſte tenetur inuitus, ſponte cruciato impropat. Continet igitur hic improperationis actus. Direptionẽ ueſtium a carnificibus Blaſphemias a ꝑtereuntibus, Sales & cauillos a pontificibus, a latrone exprobrationẽ pœnæ. Sigillatim hæc inſpiciamus quæ ſimul ab euangeliſtis accepimus. Carnifices ab euangeliſta hic milites dicti ſunt, quia Romanam fortaſſe militiam ſeq̃bãtur, q̃n a Romanis lictores dabãtur ducibus exercituũ, & p̃ſidibus ciuitatum. Eſt igitur rationi conſentaneum pilato præſidi aliq̃t fuiſſe lictores ſequentes exercitum prouinciæ Iudææ, & ciuitati Ieruſalem cuſtodiæ deputatum. Quatuor ergo lictores, quatuor inq̃ carnifices, romanę militiæ aſcripti, cruci confixerunt dñm Ieſum. Vnus dexteram manũ, unus ſiniſtrã ꝓforauit atq; confixit. Tertius pedes cõpoſuit & cõtinuit, dum alter clauo utrũq; cruci configeret. Nõ eſt. n. rõni cõſentan eũ milites Romanos uiros glorioſos tale miniſterium executos, neq; ad tam tenuem prædam diuidẽdã deſcẽdiſſe. Ita pro ſuo numero carnifices p̃dam tenuẽ in quatuor diuidunt partes. Vni-

quicq; militi uel potius lictori siue carnifici partē, cōi concordia distribuētes. Et tunicā accepunt hi carnifices in p̄dam. Erat aūt inconsutilis tunica desup cōtexta p totū. Hanc existimo fuisse interiorē tunicā, carnē Christi tangentē ad nudum, de cuius dignitate & cur inconsutilis, cur desup contexta p totū. Cur illā non diuiserunt carnifices, sed sortiti sunt, pro tenuitate nostra scripsimus, dum dignitatē instrumentorū passionis Christi examinaremus. Hanc tunicā lictores penitus integrā sortiti sunt, Qm̄ p futuras diuidi non posse uidebant. Qm̄ nasup esset angusta. Existimauerūt. n. si diuideret, in fruſtra reddi penitus inutilem, dū quarta pars eius ad contegendū corpus minime sufficeret, & panno alteri cōponenda esset inutilis, qm̄ non ut pannus texta liciis sed maculis erat.

T Dixerunt ergo, non scindamus eā, sed sortiamur de illa cuius sit. Integra. n. erit uni usui, diuisa erit singulis penitus inutilis, sicq; sortē illos misisse euangelista cōfirmat, qñ illud ꝓpheticū dicit impletū. Partiti sunt uestimenta mea sibi, & sup uestē meā miserunt sortē. Qui me in cruce laniauerūt clauis, uestimēta q̄q; mea sine iniuria esse noluerunt. Lacerant p quatuor partes supiores tunicas, interiorē sibi sortiunt. Iniuriā passus fuerā ab Herode p derisum purpura idutus nouā iniuriā patior a carnificibus, q p auaritiā uestimenta lacerant quatrifarie, Sed utinā a malis Christianis hęc ipsa uestimenta peius non distraherēt. Illi supiora tm̄ indumenta, p auaritiā lacerāt, interiorē partiri non audēt, q̄ nūc in minuta fruſtula conciditur ad horā. Sed redeamus unde discessimus. Super uestē meā interiorē inconsutilē miserunt sortē. Venditus sum triginta argenteis a principio passiōis. Vestes meas lacerari, & sortis. i. ludi p̄cium uideo fieri in fine. Et milites q hæc fecerunt, carnifices q me crucifixerunt, qa suæ crudelitatis mercedē, ob meā pauptatem nulla numerata pecunia asseq; potuerunt. Vestimenta mea in meæ sortis p̄cium sibi diuiserunt. Et certe hæc fecerunt q̄ ꝓphetata iam fuerant. Diuiserunt q̄ diuidi poterāt, q̄ non poterāt sortiti sunt. Sed non eorū auaritiæ aut impudentiæ rōnem habere me conuenit. Sum Iesus etiā teste Pilato. Quare iuxta titulū quē inscripsit, iuxta. s. mei nois rōnem, me agere condecet, saluare illos præsto sum. Statim hoc omnibus notum faciam. Sustinete & uigilate mecum. Pro custodis officio aspexi iam crucifixores & carnifices, nunc alios pro custodia aspiciam.

¶ Declaratio blasphemiarum a prætereuntibus contra crucifixum Iesum dictarum.

Rætereūtes aūt blasphemabant eū mouentes capita sua dicētes. Vah

P q destruis templū dei, & in triduo illud reædificas, salua temetipsum, si filius dei es desce de cruce. Magna incōditę plebis frequentia ad spe

V ctaculū crucis cōfluxerat, horū plurimi pontificū gratiā aucupantes. Prętereūtes. i. nunc hac, nunc illac discurrentes circū crucem, mouentes capita ad irę & odii indiciū indignabundi. Vah. n. interiectio indignātis & feruidi animi affectum indicans est blasphemabant. Vt ex aio facere mōstrarent, indignationē p̄ferebant acerbissimā. Blasphemare est uerbis iniuriā inferre. Iniuria autē fit, uel debitū subtrahendo uel adducendo non debitū. Debuissent isti agere gras saluatori Iesu, & redēptori humiles se ostendere. Cōpati debuissent angustiis eorum

eorū gratia supportatis, indignationē & irā p̄ferentes blasphemabāt nutibus capitis furibundi dicentes. Vah q destruis templū dei & in triduo illud reædicas. Mentiebant apte Iesum aliqñ dixisse se uelle destruere aut destruxisse templum dei, ut in tribus diebus illud reædificaret, possum destruere si dixisset, ut testes ultimi asseruerunt, minime mentitus esset. Mentimini uos. Non destruxisset ut reædificaret tm̄. Stultū. n. hoc erat, uētosum & p̄stigiosum fecisset, ut tali ope non creaturā, sed creatorē uestrum illum esse agnoscere tis. Mētimini blasphemantes, qa non factū non dictū asseritis, quasi uel dixisset, uel agere fuisset aggressus. Mentimini qñ uerā causam rei si fieret, si diceretur non adducitis, Ita blasphemantes nutu capitis, & interiectione uocis indignabūda falsam calumniā struunt. Blasphemant adhuc peius qñ dicunt, Salua temetipsum, q̄si se saluare non possit deridentes. O fatui aspicite titulū, Iesus est prima tituli dictio. Quid est aliud Iesus nisi saluator? Ipse salus est oīm, saluari nō eget, uexat ad modicū sed non piclitatur, non frangit, moritur, sed mors illi nō dn̄abitur. Si filius dei es descēde de cruce. Satis sit stultitiæ uestrę blasphemasse hoiem Christū, nolite quęso attingere deū. Est uere dei filius q̄d res indicabit, sed suo tpe. Plus erit resurgere a mortuis, de īfimo limbi tenebrisq; sepulchri, ad lucē solis ascendere intuendā, & in empyreū cœlū se sua uirtute transferre q̄ descēdere de cruce. Quia filius dei est, & p nimiā charitatē nascendo descēdit in hominē, ultimā q̄dē creaturā rōne pollentē, non debet amplius descēdere nisi ad inferos ut hoies ascendere faciat ad supos. Huius rei gratia ascendit in crucē, descendere inde non uult, sed pro uestra salute deponitur. Non descendit de cruce, ne uos descendatis in infernū, cruce illic perpetua puniendi. Desinite infœlices, deponite amentiā, contraq; propria cōmoda laborare desistite. Si descendat de cruce, uos in inferno cruciabimini semper. Custos Iesus aspexit ad uos inconsultā multitudinem, contra propria cōmoda (ut semper soletis) stolide laborantem. Melius faceretis substinere hic & uigilare cum illo qui uobis datus est custos & saluator.

¶ Illusionum & blasphemiarum pontificum & sacerdotum declaratio.

Imiliter & principes sacerdotū illudētes cū scribis & senioribus popu-

S li dicebant, ut mali reipub. moderatores, populi furorē in malū augeāt applaudunt insaniæ atq; blasphemiæ uulgi cui peiora adiiciunt, ne fruſtra p̄esse uideant. Alios saluos fecit, se ipsum non pōt saluū facere. Quid sibi uolunt insanæ hæ uestræ blasphemiæ? Loqmur p ironiā. Alios saluos fecit? Minime. Quia neq; se ipsum pōt saluū facere, Falsa sunt q̄ de illo dicuntur saluasse alios, & uaria sanitatū dona tribuisse saluando. Hæc si fecit, nō ex autoritate, non sua uirtute id fecit, posset & se eadē rōne saluū facere, sed qa alios uel non uere saluos fecit, uel arte & dæmonio suffragante id fecit, nunc q; ars illū defecit, estq; dęmonio destitutus. Ideo nō pōt se ipsum saluū facere. Si rex isra el est descendat nūc de cruce, & credimus ei. Alia ironia peior priore. Regem Israel nemo hactenus est crucifixus, hic nunc pendet in cruce, non est ergo rex Israel, q̄si rex est & a crucis pœna se liberare non potuit, liberet se descendens de illa. Reges. n. si qñ capiūtur ab hostibus, aut saluant a suis liberati, aut se redi

munt. Agat ſecundū ut rex, qa primū ut deus euitare non potuit. De cruce deſcendat uel liberatus, uel redēptus a ſuis, & credimus ei. Vtinā hoc ultimū diceretis ex corde, ſed mentimini. Nēpe qa ſaluator cuſtos eſt crucifixus Ieſus et pro cuſtodis officio cordiū ſecreta rimat ex alto, Si uos ex corde uideret hæc ultima dicere, ſanus & illæſus de cruce deſcenderet, neq illū pigeret iterum crucifigi. Plus fuit ſup mare ſiccis pedibus ambulare, p quadraginta dies & totidē noctes cibū nō ſumere. Ex pauculo pane tot hoīm millia bis ſaciare, donare tot ſanitates, natis cæcis luſum p̄ſtare, reſuſcitare mortuos ad funeris pōpā iam cōpoſitos, iam elatos, iāq ſepultos, iā fœtidos & reſolutos, q̄ de cruce deſcendere, plus erit ſpoliare infernū, & inde tantā ſecū aīarum ducere multitudinem, de ſepulchro exire, q̄ tū libet cuſtodito, q̄ de cruce deſcendere. Vos aūt qa prioribus miraculis nō credidiſtis, neq futuris uirtutibus credere ꝓpoſuiſtis, etiā ſi de cruce deſcenderet non crederetis. Sequens blaſphemia ꝓpoſitū
A ueſtrū aperit, & an credere uelitis monſtrat euidentiſſime. Pergite loq pro ueſtra neqtia. Confidit in deo, liberet eū nunc ſi uult. O puerſi & totius plebis ueſtre longe ſtultiſſimi, q̄ eſt hæc rabies? Cū legē plene noueritis, ideoq certū teneatis, nihil grauius puniri p̄cepto legis q̄ blaſphemiā in deū, tñ apte uos non pudet blaſphemare deū? Non uereminī eius iudicia? Manifeſtū eſt qa legem ore tenetis, non corde. Alligatis p illā onera grauia & importabilia ſup humeros ſimpliciū, uos aūt neq digito teneri lege aut uultis aut creditis. Satis erat deriſiſſe Ieſum, & iā moribundū hoīem, ſalibus cauilliſq afflixiſſe. Satis erat ueſtre cōſcientiæ teſtimonio uos impudentiſſime eſſe mētitos. Cur cōtra deū patrē tam ſupbe nunc blaſphemando cōſurgitis? Nonne deus ſi uelit illū poterit liberare? Liberauit patres ueſtros ab exercitu ægyptiorū. Quibus mari montibuſq cōcluſis, uiā inter aquas apuit, & quaſi pro muris undas ſolidauit. Aquā de petra largiſſimā illis eduxit, Solē pro illis contra Gabaonitas ſtare fecit. Diuiſit diuertitq Iordanē. Exercitū validiſſimū uni Ionatæ ꝓfligandū dedit, Goliā gigantē armis exercitatiſſimū p inermē Dauid (nil niſi paſtoritiā exptum) ſingulari certamine detruncauit. Armatos hoīes ſine numero q̄s in malum ueſtrum uexerat Senecarib, ſine ueſtro labore fudit, fugauit, deleuit, Tot magnalia ueſtri gratia fecit q̄t nuſq̄ literis traditū pro aliis feciſſe inuenit? Cur nunc illi hanc uicē redditis, quaſi deridentes uirtutē eius, ut etiā ſi uelit nō poſ-
B ſit liberare Ieſum? Quid eſt q̄ſo aliud dicere? Confidit in deo, liberet eū nunc ſi uult, niſi p deriſum inſurgere contra deū? Quid ſibi uolunt hęc ueſtræ uerba blaſphemię? Supauimus aduerſariū noſtrū, ſic illū affecimus, eo adduximus ut deus ſi uult eū liberare non poſſit. Si ſecus eſt q̄ dicimus, faciat deus q̄d fieri
C poſſe negamus, Scimus qa cōfidentia crucifixo non deerit. Fide Noe in arca ſaluatus eſt. Fide Abraā ſine iniuria peregrinationē cōpleuit, filiū in ſenectute genuit, quē īmolare deo non dubitabat. Filii liberationē obtinuit, ꝓmiſſiones eſt aſſecutus. Fide Iacob manus euaſit Eſau, Fide Ioſeph liberatur a carcere, ægypto p̄ficitur, paſcit patrē & fratres. Fide Moyſes acceſſit ad rubū, ſuſcepit ſigna q̄ oſtendit Pharaoni, Aegyptios merſit in mare, Populū p quadraginta annos pauit in deſerto atq ꝓtexit. Fide Ioſue muros Hiericontę tubarū clan-

gore diuuliit, Iordanē diuiſit, ſolēq firmauit. Fide Ieptæ paucis cū hoībus fugauit ingentē exercitū, Iſte cōfidit in deo, ſed nihil iam ꝓderit ei, liberet eum ſi uult, Certe non poterit, qa nos iam illi reſtitimus. Acta res eſt. Pendet in cruce iā penitus exāguis. Laceratus eſt totus. Manus laniatæ ſunt clauis, Ferrū pedes cōfodit. Liberet eū ſi uult, Liberatus erit inutilis, Vita in ſanguine eſt, hūc exhauſimus flagellis, corona & clauis abſumpſimus, non diu uiuet. Non p̄t etia ſi uelit, deus eū liberare a morte ſanguine iam defecto. Quod ſi fecerit ſaltem a debilitate liberare non poterit clauis manus pedeſq confoſſum. Nos. n. tanto ſagacitatis & ſolertię ſtudio pualuimus, ut uolēs deus illi eſſe auxilio nō poſſit, Liberet eū ſi uult. Si etiā eſſet eius filius, eū non ſufficeret liberare. Em certe qa dixit filius dei ſum, Vt hoc ſit uerū liberet eū deus ſi uult. Sicut pater filiū liberare ſtudet, certe non poterit. Vobis parū eſt o impii (ut uideo) moleſtos eſſe hoībus, moleſti eſtis & deo pro blaſphemia tā execranda, ut p̄ſumatis tantā in anguſtiā traxiſſe dñm Ieſum, ꝙ etiā ſi plena fide ſperet in deo, & illū uelit deus liberare, & eo ſtudio uelit, q̄ pater filiū in tantis malis conſtitutū liberare ſtuderet non tñ poſſit. Iactabūdi adinuicē ridetis et plauditis de crudelitate & ipietate tā dira, latronū alter crucifixus illis fauet, ſed de eo aptius paulo poſt dicā. Redeamus ad Ieſum Nazarenū cuſtodē in ſpecula. Nō ſic facit Ieſus cuſtos (ſi mō uultis) ſaluator vr. Audite illū q pro cuſtodis officio de cruce carnifices, plebē, uos malorū oīm autores cōtuet, auſcultat uos, maledicitis & blaſphematis. Ille bñdicit uobis, orat pro uobis, excuſat uos audite eum.

¶ Codicillus domini Ieſu Chriſti prima particula.

IESVS aūt dicebat, pater dimitte illis qa neſciunt, q̄d faciunt. Anteq
i Ieſus ad hortū accederet ut ſe illic capiendū exponeret, teſtamentū cōdidit, cuius ſupra tenorē inſpeximus. Nunc ꝙ ſibi mortē imminere cōſpicit, codicillū ordinat. Et q dixerat ſi eſurierit inimicus tuus ciba illū, ſi ſitit potum da illi. Ope cōprobat doctrinā ſuā. Inimicos. n. ſibi cōſtituerant ſe carnifices crucifigentes, Populi eū deridentes, cōminantes & maledicētes eidē principes ſacerdotū ſcribæ & ſeniores lætātes ꝙ malefecerint, & in rebus peſſimis
D ſuę blaſphemiæ gloriātes. Non reddit illis Ieſus maledictū pro maledicto, ſed ecōtrario bñdicit, Pater mi inqens ne iudices pro carnificū, populi, principūq demeritis. Ignoſce eis pater, Ego libens cōdono iniuriā meā, nolo uindictā, ſed remiſſionē. Inimici iſti noſtri eſuriūt p auaritiā q̄ eos obcæcauit, & traxit in rabiē carnes meas deuorari pœnis. Sitiūt ſāguinē meū totū effūdi, cibem illos charitate, potemus clemētia. Dedi iam carnē in cibū, ſanguinē in potū ſumere uolētibus a qua refectione Iudā non excluſi. Aſpice pater titulū capiti meo ſupra poſitū. Nō diſcordat a legatione tuo noīe p Gabrielē angelū matri meę expoſita. Dixit ille, uocabis nomē eius Ieſum, q̄d ſignificat ſaluatorē. Nolo pater ſi poſſum inani uocis & noīs pōpa iactari. Rē uolo noī cōgruentē, Alienigenę & tui noīs gloriā nel cientes me Ieſum Nazarenū inſcripſerunt. Sim q̄ſo pater cuſtos ouilis tui, ſim ſaluator. Ne pdas pater pro meis pœnis hos peccatores, ne punias eos. Vindictā ne ſumas de peccatis eorū. Dixit angelus, hic erit magnus, Mi pater magnifica me. Nihil ego magnanimius inuenio q̄ donare iniu-

rias, Si qd maius est, nihil esse iam pōt, nisi sanguinē donare cū uita, Inspice pa
ter q̄tum sanguinis sparserim. Vide caput sanguine cruentū, Vide corpus oi
pelle nudatū & cruore uestitū. Vide laceras manus sanguine manantes. Vide
discerptos pedes, riuos sanguinis factos. Hęc pro animi magnitudine dono iu
stitiæ tuæ ut hoim peccata dimittas. Magnū me demōstra, remittendo q̄ pe-
to. Dixit idē angelus. Filius altissimi uocabit. Consentaneū est pater, si sum tibi
filius, me tui esse similimū, Tu solē oriri facis sup bonos & malos, pluis sup iu
stos & iniustos. Gratiā qua me repleuisti & p quā me esse uoluisti lucem q̄ illu
minat oēm hoiem uenientē in hūc mūdū, lucere iube bonis & malis. Pluuiā san
guinis de meo corpe quasi aquā de nube manantē, pluere decerne sup iustos
& iniustos. Ista pater sine causa non peto. Peto ex titulo passiōis meæ, Vñ sum
Iesus Nazarenus, saluator & custodiēs. Sū etiā rex Iudęorū. Meū est regni cō-
sulere utilitatibus. Nulla maior in regno utilitas q̄ hoim salus, Per nomē meū
p agnomē, p regni titulū maiestate plenū rogo pater dimitte eis. Quid dimit
tam filiꝰ Dimitte iniurias mihi illatas, nō damna sola, sed emēdas dāni. Dimit-
te oīa & singula q̄ mihi tu rex regū posses ut filio reseruare, q̄ ut dns dnantiū
repetere posses. Sed qbus dimittā filiꝰ Illis. Quibus illisꝰ Illis carnificibus qui
me crucifixerunt, & pro funibus clauis ad me crucifigendū usi sunt, hi pater pe
nitus, nesciunt qd faciunt. Accipiunt uestimenta in necis p̄ciū, & p̄miū crudeli
tatis, existimantes nihil plus meę mortis merito conseq̄ posse. Purū hoiem cre
dunt interimere, q̄ illis amplius usui esse nō possit. Credūt pro ministerio licto
ris & carnificis nihil aliud sibi incūbere, nisi qd p̄ses iusserit, nesciunt iure an in
iuria crucifixus pendeā. Istis pater in meo codicillo dimitto, & cōdono damnū
laceratarū uestiū. Dimitto crucifixiōis iniuriā. Tu idē facito pro fidei cōmissa
rii munere q̄ fungeris, pro amore q̄ me filiū tuū amplecteris. Dimitte eis. De
bes hoc facilius agere, qa ignorātia istos excusat, nesciūt qd faciūt. Vis ne aliis
dimittā filiꝰ Dimitte inconsultæ multitudini circūstanti, circū cōcursanti, nutu
capitis, incōditis & horrisonis uocibus cōtra me surgenti, deridenti & blasphe
manti. Quid dimittā & istisꝰ Damnū & offensam, Cōsenserunt in mortē meā
Barrabā mihi p̄tulerunt, astiterunt crucifigentibus carnificibus, applaudunt
pontificibus scribis & phariseis, mearū pœnarū primis autoribus, sed ab eis se
ducti sunt. Nesciūt qd faciunt. Illi etiā uere p ignorātiā peccant, Dimitte ergo
& istis q̄tū prioribus dimitti rogaui, Qm̄ & in codicillo meo, his dono culparꝫ
oīm remissionē, ut hæreditariā pacē assequant. Dimittā & istis o fili pro qbus
ne dū postulas, sed rōne plenā excusationē adducis. Pōtificibus, scribis, pharise
is & populi senioribus q̄ teste Pilato non p ignorantiā, sed p inuidiā te tradide
runt, q̄ scientes legē & ꝓphetas interp̄tātes, nunc te meq̄ blasphemant, uis ne
dimittāꝰ Mi pater dimitte illis, Scis pater, qm̄ ubi supabundat delictū, glorio-
us est principis gr̄am supabundare, Non decet magnitudinē nostrā, neq̄ cle
mentiā tuā, horū malignitate superari. Si solis diuino ignorātibus dimiserimus, nō
erit multa gloria remissiōis. Pueris & furiosis humanę leges peccata dimittūt,
ignorantia illos excusat. Dimitte & istis ut misericordia tua iudiciū hoīum
excessisse noscatur, Isti qdē pater mi (ut Pilatus attestatus est) p. inuidiā me

tradiderunt. Sed hæc ipsa inuidia illos reddidit ignorātes. Tu pater nosti qm̄
obcecauit eos malitia eorū, cæci sunt culpa q̄dē sua, sed ideo miserabiliores, qa
ipsi sibi cæcitatē adduxerunt. Dimitte pater eis, qm̄ q̄tūlibet sint humana sapi
entia pleni, humana tñ fragilitate supati rōnis apicē sensui subdiderūt, & ideō
nesciūt qd faciunt. Pro istis pater q̄ te tā atrociter blasphemauerūt, non solum
peto remissionē, sed excusationē affero. Nesciunt qd faciunt. Quia scire nolūt.
Priores nesciunt, qa indocti sunt, Isti nesciunt, qa a scientia p malitiam se ipsos
auerterunt. Didicerūt qdē, sed intelligere noluerūt. Didicerūt, sed obliti sunt
iudiciorū iustorū. Qm̄ ad iustitiam sunt spōte cōuersi, A principio testamēti
mei, reliq̄ iure hæreditario pacē hoibus bonæ uolūtatis, quersis eam donaui.
Vt si quasi hæredes iusti hanc hēre nō p̄nt, hēant q̄uis neq̄ serui, tm̄ clementia
liberalissimi dñi & testatoris. Dimitte & istis oēm iniuriā, oēm pœnā, oēm re-
cōpēsam, ut possint si uelint pace frui, quā inter te & hoies me firmare misisti. I
Nolo pater amplius interroges qbus dimitti uelim. Si tam iniuriosis tibi & mi
hi molestis supplico dimitti, cōsentaneū est me oībus hoībus dimitti q̄ iā dixi
uelle. Pater dimitte eis, q̄ usq̄ in p̄sens peccauerunt, q̄ nūc peccant, & q̄ pecca
bunt in posterū. Sint peccata q̄tūlibet grauia, turpia, iniuriosa, dānosa, Quia K
nesciunt qd faciunt. Hæc est prima particula codicilli dñi Iesu Christi pēdentis
in cruce, iniuriarū remissio. O patres, o matres familias læserūt ne uos unq̄ filii
uestri, aut filiæ uestrę, serui uel ancillæ, iniuriatus est uobis amicus cōsanguine
us, affinis uel familiaris. Audite Iesum. Pater dimitte illis, Ego dimisi crucifixo
ribus meis. O princeps & reipub. p̄sidens, q̄ patris fungeris officio, læsus es a
subditisꝰ Audi Christū in cruce pendentē. Pater dimitte illis. O frater o soror
o sodalis o amice o uicine es læsus ab aliq̄ꝰ Audi Christū, hic sustine, hic uigila
ut illū ualeas imitari, dimitte iniuriā. Dns Iesus Christus non solū iniuriā rela-
xat, sed dimitti orat a patre, sed atrocissime iniuriantes corā deo excusat. Lędit
& non attendit. Blasphemat & bñdicit, Occidit & uitā donat, Quis uestrū est
passus tā acerbas iniuriasꝰ Quis tā īprobe, tā p̄tinaciter lęsus, tā turpiter offen
sus, tam dire habitus q̄ dns Iesus Christus a cuius iniuria iā crucifixi, nō cessatꝰ
Pendet in cruce sanguine uacuus & blasphematꝰ, non tñ irascitur, neq̄ uindi-
ctam q̄rit, indulget & excusat. Nos ergo oēs cum illo dicam⁹ deo patri. Pater
qm̄ dns noster, redēptor noster, saluator noster, rex noster, filius tuus oēs iniu
rias condonat, nos inuicē tantorū dolorum pro qbus est (nostri gratia) tristis
usq̄ ad mortē, indulgemus oībus q̄ læserunt nos. Dimittimus iniuriā, nō q̄ri-
mus uindictam, Tu pater dimitte eis qa nesciunt qd faciunt. Sic facientes asse-
quamur hæreditatē in regno Christi & dei. Pacē. s. hoīm bonæ uoluntatis, te-
stamento a dño Iesu christo relictam, & codicillorum iure firmatam.

¶ Secunda particula codicillorum dñi Iesu & eius declaratio.

Nus aūt de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens
v Si tu es christus saluū fac temetipsum & nos. Rñdens aūt alter increpa
bat eū dicēs, Neq̄ tu times deū, q̄ in eadē dānatiōe es. Et nos qdē iuste
nā digna factis recipimus, hic aūt nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum. Memē
to mei dñe dū ueneris in regnū tuū. Dixit ei Iesus, Amē dico tibi, hodie mecū
eris in paradiso.

L V Nus de his q̄ pendebāt latronibus. Ad leuā iste pendebat in reprobo
rū locū, Ad illā nanc̄ in die iudicii perditi oēs iudici astabunt, Blasphe
mabat eū dicēs, Si tu es christ⁹, saluū fac temetipsum & nos, Duas uno
contextu ꝓtulit iste blasphemias, ex radice infidelitatis prima; Secunda de of
ficina impatientię surgit. Si tu es christus, ponit in dubio q̄d firmissime oportu
erat confiteri. Dubius aūt in fide infidelis est, Audiuerat Pilatū dixisse semper
de Iesu q̄ dicitur christus. Videbat titulū uim noīs & agnoīs agnoscebat, & ni
hilominus diffidebat, ideo ꝑ p̄ conditionē quasi negans dicebat, Si tu es chri
stus saluū fac temetipsum & nos. Non uult pœnā pati cui pro iustitia erat ob
M noxius, Salutē dñi nostri Iesu christi ut debuit non quæsiuit. Q̄n non pro eius
innocentia postulauit, sed pro eius cōmodo. Saluari regrit spreta iustitia quā
habet exosam, Non aliter faciunt damnatorū aīæ, Si q̄d.n. boni uolunt, non ꝓ
iustitia, sed pro suo cōmodo, uel pro incō modo euitādo uolunt. Vellent si pos
sent pro sua incōmoditate dei tollere iustitiā. Quia tollere non p̄nt, oderūt &
in ambiguo ponunt, Nec̄ dicunt, q̄a iustus es, nos iuste patimur. Hic igit̄ latro
pendens in sinistra Iesu, melius dixisset, q̄a es christus libera te si uis. Nos iuste
patimur, sine patiamur. Sed q̄a impatiens est, & ꝓ impatiētiā desperatus, dñm
N saluatorē alloq̄tur ironice. Quid tu patrē rogas indulgere crucifixoribus nr̄is.
Si tu es christus, Si tu es dei patris filius, stude saluti tuæ & nostrę q̄ tecū pati
mur, Deinde crucifixor̄ nostrorū salutis rōnem hēre poteris. Sed q̄a ut uideo
es moribundus, nec̄ te liberare potes stolidā rem agis, & opam p̄dis orando
O patrem ut nostris crucifixoribus indulgeat. Rn̄dens aūt alter latro pendens ad
dexterā dñi saluatoris, ad quā in iudicio stabunt iusti, increpabat eum dicens.
Nec̄ tu times deū q̄ in eadē dānatiōe es. Initiū oīs sapiētię timor est dñi. Acci
pe timorē dñi & resipisces, Incipe timere deū, desines desperare, desines blas
phemare, disces te humiliare, & benedicere benefactori nostro, nobiscum in
cruce pendenti. O te infœlicē quē tam acerba pœna nō castigat, Sed hn̄t hoc
pessimū reprobi, ut semꝑ correctione frangant̄, fiant̄c̄ dū corripiunt̄ magis
inutiles. Probi si q̄n castigant̄, pœna illis fit fructuosa, Es certe infœlicissim⁹ q̄
cū sis in eadē damnatione, pœnę cōtubernio nō molliris, sed insurgis. Audiui
sti Pilatū de iustitia huius quē derides contristantem. Q̄n dixit innocens ego
sum a sanguine iusti huius. Erat officii & cōditionis tuæ nō addere afflictionē
afflicto, p̄sertim iusto, si te dolor facit acerbū, in te ipsum pro tua culpa, aut in
P me insurgere debuisses, q̄a nocentissimi sumus. Vnde iuste q̄dē nos pœna te
net, nā digna factis tormēta recipimus. Q̄m latrocinantes multos torsim⁹, ideo
iustitia cōmutatiua nos q̄de iuste cruce punit. Q̄n pro multis mortibus & cru
cibus, q̄ alios tollerare coegimus, dum eorū bona diripuimus. Vna nos morte
cruce c̄ cōsumit. Hic aūt nihil mali gessit. Vnde acerbissimus illi fit dolor, quē
libens pro nobis patereť, Et iccirco non tm̄ condolere illi deberemus, & flere
sup nos ꝓpter scelera nostra, ac sup illū pro eius innocētia, sed etiā illi gratias
agere, c̄ nostri gr̄a tantas pœnas spōte susceꝑit, libēs c̄ sustineat, & pro nobis
a deo patre ueniā ip̄loret, & corā illo nostrā ignorātiā in excusationē adducat.
Cōsortę pœnæ iā sic admonito dicebat ad Iesum, ut mediatorē dei & hoīm in

medio constitutū. Memēto mei dñe dum ueneris in regnum tuū. Regnū illud
q̄d tu dñe dixisti, non esse de hoc mūdo corruptibili, regnū pacis & gaudii sem Q
piterni, regnū iustitiæ & ueritatis regnum q̄d non auferetur, regnum in q̄ re
gnant omnes q̄ bene deo seruiunt, Dñe cui seruire regnare est, cum ueneris in
regnum tuum, iure naturæ quia deus es, tuum ꝑ gratiā in oēs hoīes per te sca
turientem tuum, q̄m tāto labore, prelioc̄ tam duro illud asseq̄ris. Memento
mei, non peccatorum q̄ gessi, non latrocinia mea quæso tunc mente reuoluas.
Mei q̄ homo sum, qui gero imaginē patris tui licet imꝑfectam, cuius tu es ima
go perfectissima, per commune imaginis contubernium, ꝓ aīam rōnalem quā
mihi concessit pater, & tu de uirgine nascens accepisti, per humanitatem qua
mihi es frater. Mei dñe memento, Non grandia peto. Mordet me conscientia R
sceleribus fœtida. Introduci postulare confundor ad patriā tam fœlicē. Hoīem
dignū omni supplicio, ad tam purā & excellentem nobilissimorum ciuiū cōsue
tudinem, scelestū & infimę sortis hominem introduci petere non audeo. Scio
q̄ tecum, scio q̄ cum tuis ciuibus esse non mœreor. Nec̄ seruorum tuorū pe
disequus ut fiam petere audeo. Scio tam puro, tam sublimi, tam glorioso loco
me recipi nō dignū. Ita dñe sim saltē in memoria tua, pius es & clementissimus
Comis es & neminē aspernaris, si mei memor esse dignaberis, spero aliq̄n ad
regni tui mansiunculam aliquā ꝑuenire (q̄m multas habet & maximas) iube
bis admitti & infimis saltem seruulis ascribes. Mereť hoc p̄cium quod nunc ꝓ
me soluis, Tanti tibi constat salus mea, ut me spernere & a regno tuo perpetuo
excludere non debeas. Modo de tua mente non excidam, q̄d supplex oro ne
fiat. Nec̄ em̄ solertiā tuā decet eorū obliuisci, q̄s tanto tuo labore, tātis pœnis
toto sanguine & uita ꝓpria redimis, p̄sertim eorum q̄s in passione socios ha
bere uoluisti. Quantumlibet em̄ nobis dñe sit causa diuersa, mors tm̄ una ma
net. Existimo dñe non sine magna rōne (cum innocentissimus sis) inter duos S
nocētes crucifigi decreueris. Video ab initio Euā parere Chaim & Abel. Adā
inter utrunc̄ animo pendere, in figuram tui inter nos pendentis in cruce, Vi
deo alterum fratricidā & desperantem de ptāte & clementia patris tui, quan
do post fratricidium dicere non est ueritus, maior est iniq̄tas mea q̄ ut ueniam
merear. Facit idem collega meus a sinistro latere tuo cruci confixus, q̄ ꝑ despe
rationem te blasphemat & patrem. Vt ille figurauit Chaim, me Abel figuran
tem, fac imitari quem p̄fero, qui pius fuit & deo gratum sacrificium obtulit. As
similer isti domine in quo sapientia tua me præfigurauit. Non possum de gre
gibus uictimas immolare, offero me nudum tecum in cruce, ubi licet pro meis
iniq̄tatibus iuste suspēdar, tñ non aspernaberis uoluntatē, q̄ ut iustitiæ satisfaci
at, corp⁹ cruciari libēter acceptat. Tu dñe Noę seruo tuo filios dederas Cham
& Iaphet, Cham p̄ris nuditatē derisit. Cū ille post uīdemias labore & uino atc̄
sopore grauis detectus obdormisset. Facit idē q̄ pēdet a latere sinistro tuę ma
iestatis. Te q̄ uineā ecclesiā plantasti, q̄ pro uindemia sanguinē in crucis tor
cular iā exꝑssisti, & charitate nimia inebriatus nudari uoluisti, dirus hic nudus in
cruce deridet & blasphemat. Assimila me dñe Sem & Iaphet in q̄b⁹ me p̄figu
rasti, Contego ego nuditatē tuā ut cunc̄ ualeo. Redarguo maledicentem tibi,

affero tuæ innocentiæ testimonium. Obtineam supplico benedictionẽ tuam. Tu dñe Abraæ unũ filiũ de ancilla & unũ de libera dedisti. Collega meus an
cille filiũ se gerit. Quia spiritũ habens seruitutis, mundanicp timoris uitio supa
tus, cadit a spẽ, cogitãs tm̃ p̃sentia, murmurat ut seruus & dño maledicit. Ego libens filius esse p̃o uiribus studeo. Nolo esse filius synagogæ fugitiuæ, & re
bellis ancillæ. Studeo fieri filius ecclesiæ uxoris liberæ, qua libertatẽ tu illã do
nas. Hæreditatẽ petere non audeo, peto memineris mei, sicut meministi Isaac, in quo me figurari uoluisti. Tu dñe Rebeccam ex Isaac concipe fecisti Esau & Iacob. Collega meus tibi est Esau. En aspernatur hæreditatẽ quã ille pro lẽtis edulio posthabuit. En cõtumax est, & alienigenas ducit uxores, p̃ter patris im
perium infidelitatẽ & impatientiam, per quas te blasphemat. Sim quæso dñe Iacob, sim ecclesiæ matris charissimus filius, eius consilio, eius auxilio, non mea uirtute assequar benedictionem tuam. Tu illam cum dederis cõfirma, cp si me per omnia Iacob assimilari non uis. Necp.n. mereor. Si primogenituræ iura in regno tuo assecp non possum, familiæ saltem eius me connumera, non peto he
T reditatem, quia non sum dignus, peto in hæreditate de me haberi memoriam ut saltẽ de micis cadentibus de mensa tua comedere liceat. Memento mei dñe dum ueneris in regnum tuum, dum accubabis in mẽsa fœlicitatis ẽternę. Amẽ, non utcuncp sed certissima & infallibili ueritate, dico promittens, dico donans tibi ad meam dexteram crucifixo, tibi per fidem figuras de mea cruce cogno
scenti. Tibi in Abel figurato & ut ille recte piecp sacrificanti tibi in Sem p̃sa
gito, & ut ille reuerenti. i. tibi in Isaac p̃monstrato, filii legitimi timorem habẽti .i. tibi ut Iacob longanimi & supportanti, Hodie eris mecum in paradiso, in
trabis mecum ꝓpetuas æternitates, in quibus ꝓia p̃sentia sunt, quibus non est expectatio crastini, necp occasus lucis externæ, sed semp hodie. i. semp præsens sine occasu præteriti, sine sollicita expectatione futuri. i. eris. Adiungit futurũ verbum aduerbio præsentis temporis. Quoniam adhuc in uita mortali ad fu
tura semp intenta pleni ambo erant angustiis. Quæ paradisum intrare nõ pos
sunt, necp adhuc erat paradisi ianua reserata mortalibus, sed illam agnus ꝓxi
me aperire debebat. Ideo dicit, hodie eris quasi dicat, ut primum tu mortalẽ hanc uitã relicturis, nascentẽ ex heri & pendentẽ ex crastino, hodie semp in p̃s
eris mecũ, q nũc inter duos peccatores unũ reprobũ aliũ piũ in uitæ extremo
V cõstitutus sum, ut, p peccatoribus & iustis patiar. Mecũ quẽ figurauit Adã me
dius inter Chaim & Abel pr̃ utricp atcp bñficus, q sum figuratus in Noe. Qui reprobo & piis filiis liberatis a diluuio æque plãtauit uineã, sicut ego p crucẽ oẽs ab inferno libero & illis ecclesiã plãto. In Abrahã q filios habuit de ancilla & libera. Et mihi sunt filii de synagoga & ecclesia. Eris mecũ. Cruces q̃ nostra corpa detinent, nos faciunt esse sepatos. Vnde nunc pro corpis necessitate si
mul esse non possumus. Claui me prohibent tecũ esse. Furores te detinent a me sepatũ. Soluent ambo hac corpis mole. Remanebũt illa cũ crucibus. Spiritus li
beri euolabunt. Precedã te, iter ostendens uitæ tuę, illa me seqtur, p̃stolabor eã in optimo loco in paradiso, ubi me tibi comitẽ ꝓpetuum exhibebo, illic eris me
cum exaltatus sup omnem creaturam, Eris & tu incorruptibili lætitia plenus.

Videns & amans gloriam meã. Eris in paradiso. Miror ego acutã q̃ rundã tar X
ditatem ingenii hic cauillantiũ, uel cauillũ soluere credentiũ. Dicunt hodie fi
eri ꝓmissionem, impleri aũt postea. Vt dñs Iesus dicere uoluerit, hodie ꝓmit
to. Eris aũt mecum in paradiso quando ascendam ad patrem, Nescio ego quis melior paradisus inueniri possit, aut queri debeat q̃ simul esse cum domino Ie
su Christo iam glorioso & deitatem simul cum humanitate monstrante. Hic la
tro nõ multo post Iesum, uel saltem eadem die mortalem hanc uitam, & simul pœnas omnes egressus est, dominum Iesum secutus, quem consentaneum est in limbo sinu ue Abrahæ inuenisse & ab eo non discessisse. Vidit illic alligari draconem, solui patriarcharum animas, omniumcp piorum iam purgatas. Illũ teterrimo carcere caudi captiuum, istas educi de tenebris in libertatem, luge
re infernum, exultare paradisum, spoliari abyssos, ditari cœlos. Quare in para Y
diso die promissa uerissime fuit, In principio dum testamentum condidit dñs Iesus suis reliquit hæredibus patiẽtiam. Quam quia nouerat non sine magna posse difficultate teneri, in codicillo fructum eius ostendit, ut premii magnitu
do animos extollat, & mentem confirmet in operẽ. Hodie eris mecum in para diso, cui dicitur? Latroni. Quare dicitur? Quia patienter sustinet crucem. Di
xit enim, nos quidem iuste. Nam factis digna recipimus, Nullum aliud opus egisse legitur aut cogitasse, unde tantum premii assequi debuerit, nisi cp patiẽ
ter sustinuit pœnam crucis. Iam alias dixerat dominus Iesus, In patientia uestra possidebitis animas uestras. Nunc doctrinæ suæ ueritatem apertissime facto monstrauit. Sustinete igitur fratres charissimi, in aduersis ne quæso frangami
ni. Vigilate ad patienter aduersa ferendo, sustinete. Si peccatores estis latro
nos admonet, Sustinete quoniam iuste patimini. Audite latronem sanctum. Et nos quidem iuste, Nos peccatores iuste affligimur, & ideo patiẽtes esse de
bemus. Nam factis nostris digna recipimus incommoda, dum qua mensura mensi fuimus, remetitur & nobis. Si iusti estis, sustinete nihilominus, quia & iustus IESVS mortem acerbissimam pro nobis sustinet patienter, Vt qui patientiam hereditario iure relictam habere non spreuerint, audire mœrean
tur cum latrone. Hodie mecum eris in paradiso.

¶ Tertia codicilli particula.

STABAT autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophę & Maria Magdalenę. Cum uidisset ergo Iesus ma
s trem & discipulum stantem, dicit matri suæ. Ecce filius tuus. Deinde dixit discipulo. Ecce mater tua. Steterat a principio mater iuxta cru
cem, prius tamen pro crucifixoribus orare, latroni concrucifixo so- Z
latium prestare uoluit dominus Iesus q̃ alloqui matrem, q̃ illam discipulo, & il
li charissimum discipulum commendare. Vt disceremus pro officio publicas utilitates, nostris prætatis rationibus anteferre. Qñ rex noster sapiẽtissimus in mortis articulo cõstitutus, peccatoribus, iustisq̃ codicillo ꝓuidit anteq̃ matri.
Stabat qppe iuxta crucẽ, qa iam a principio illic fuerat, Si enim supueniisset lo- A
quente Iesu, nunq̃ euangelista dixisset. Stabat, sed interea illã supueniisse literis mandauisset, Stabat autem non a longe ut plærique dixerunt, sed iuxta crucem. B

Certe si dum crucifigebatur Iesus, aut postea q̄ crucē appēsus relictus est aliqd
dixisset, fecisset ue uirgo Maria eius liberandi gratia ut quidam nō minus sto
lide q̄ inepte impieq; confingunt, Si illam ipsam pœnam prohibere impedi
re ue tentasset, si tantas mœstitię notas protulisset, discipulus Iesu charissimus
datus ab eo matri in uicem filii, qui illi sociauerat, non ieiuno uerbo pertransi
ens dixisset, Stabat iuxta crucem Iesu mater eius. Poterat dicere, stans iuxta cru
cem Iesu mater eius, supplicabat illum non crucifigi, crucifixum ue deponi cū
lachrymis postulabat, Et quoniam non impetrabat, lamentabatur, defecit pię
dolore. Non hoc dixit, sed dixit. Stabat iuxta crucem mater eius, Vt talis ma
tris constātiam & animi magnitudinem declararet. Quid enim singularis gra
tiæ præ cæteris matribus, Quid uirtutis heroicæ, qd animi roboris habuisset,
si talia dicere aut facere fuisset aggressa, qualia mulieres dolore supatæ dicūt
& faciunt? Certe si uero affectu ad ea prorupisset (ut iam demonstrauimus)
excidisset a gratia, incidisset in culpam, & inconstantis animi ac muliebris no
tam effugere non potuisset. Neq; præ ceteris mulieribus benedicta māsisset.
Quando aliarum instar fuisset dolore supata. Si uero (quod minus ego credi
derim) hos affectus monstrauit exterius, quibus interius non tenebatur, dabi
tur absurdius & iniuriosius illam contra honorem dei patris & filii & spiritus
sancti, ac suimet frustra fuisse mentitam. Hæc ne tantæ reginæ matri omnium
saluatoris possent impingi? teste Ioanne q uidit astitit, & testimoniū phibuit
ueritati. Stetit inquam animi plena, plena deuotionis affectu. Stetit indicibilē
amoris flammam mente reuoluens qua filius eius ardebat. Ardens & ipsa fer
uore charitatis, se talem ac tm̄ filium genuisse examinans, qui tales iniurias li
bere condonaret, & tam atrociter iniuriantes studiosissime excusaret. Stabat
consyderans filii sui angustias duras sane & acerbissimas, qbus acerrime ma
terno cruciabatur affectu, & nihilominus pro sua sapientia, & charitatis incen
dio consyderans utilitatem humano generi inde prouenientem, consyderans
dei patris & filii sui ac spiritus sancti gloriam inde surgētem, consyderans amo
rem immensum patris & filii ad se ipsam, ad omnes hoīes liberandos, honorā
dos, glorificandos, beatificandosq; promptissimū suum filium talia pati cogen
tem. Si unq; alias tunc maxime dixit. Magnificat aīa mea dn̄m, Filius meus qui
non iam dimidium animæ meæ, sed est tota anima mea, magnificat nunc p pas
sionem suam dn̄m deum patrem suū sponsum meum, Anima mea, meus filius
q me corpore simul & anima uiuā fecit, q per has tam duras pœnas, me & oēs
progenitores meos liberat a pœna inferni, reparat ad gaudia paradisi. Vere
nūc magnificat dn̄m deum, illum tanta iustitia p̄ditum ostendens, ut proprio fi
lio non parcat, sed mortem durissimā pro iustitia illum subire cōpellat, tanta
clementia ut pro seruis filiū tradat, tanta liberalitate & largitate, ut cū potuisset
modis innumeris longe facilius, sine iniuria humanitatis, sine pœna filii, hoīm
incōmodis obuiaret, Maluit tn̄ filii sanguinē & uitā expendere. Stabat & in se
ipsa dicebat, semp exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Expectās p filiū
meū hoīes saluari. Quod iā credidi, qd desideraui nūc uideo, ideo exulto dum
hinc dolore ac tristitia q̄si mr̄ p tātis mei filii pœnis affligor & stringor, Inde

C
D
E
F

utilitates

utilitates sequētes has pœnas cogitans, & amore q̄ genus humanū amplector.
quo patrē & sponsum meum, q̄ filium meū prosequr cōfortata dilator subito,
Ita exulto extra salto, salto extra tristitias & uicissim contristor. Tātus est hic
mihi motus contristatiōis, dū a filii mei pœnis examinandis transeo ad utilita G
tes inde surgentes, q̄ tantā agitationē ferre non possem. Deficerē certe, neq;
mirę. Si n. acerbus dolor dum nimis stringit sufficit enecare. Si gaudiū excellēs
(qm̄ nimis solet uitales resoluere uires) gaudentes extinguit. Ego in tāto dolo
re constituta, tantoq; gaudio supfusa, exultans inter hæc, nunc incredibili re
stricta dolore, nunc gaudio indicibili dilatata quō ferrē? Sed qa respexit filius
meus & dn̄s meus humilitatē ancillæ suæ, tenuitatē. s. uiriū mearum, uires p̄sti H
tit. Vt in tanto dolore & gaudio durare sufficerē. Ideo, Ecce. n. certe, ex hoc, ei
auxilio, q̄ cōstans impauida imperturbata, sto iuxta crucē filii mei. Quod nulla
unq; mr̄ facere potuisset. Beatā me dicēt oēs gn̄ationes. Nam q̄ talē concepim I
filiū, spiritu sancto factum est, non ope meo, q̄ lactauerim, q̄ circūtulerim, q̄
educauerim, q̄ secuta sim semp, mihi est cōmune cū matribus multis, q̄ ad cru
cem eius steterim sine q̄rela, q̄ sanguinē eius uiderim de toto corpe pfluentē
neq; uocē dederim, q̄ unicū filiū morientē uiderim, & non syncopizauerim,
mihi est singulare priuilegiū a deo patre, & filio eius, filio meo, & a spiritu san
cto mihi tributū. Quia uterq; cū spiritu sancto. Fecit mihi magna q potens est
pater æternus, oīpotens deus. Et sanctū nomen eius, Nō illud tetragrāmaton K
q̄d nescii fabulant, sed filius suus Iesus uerbū eius, ueritas eius, q̄d illi est nomē
sanctū ineffabile & incomp̄hensibile. Fecit mihi magna, magnā. s. animi cōstā
tiā, magnā prudentiā, magnā sapientiā, magnā charitatē, p q̄ ego ad crucē eius
sto, cogitans inter magna q̄ fecit in me, magnā eius misericordiā. Sto igitur &
mente reuoluo, q̄ nunc misericordia eius a pgenie in pgenies oīm seculorū L
extendit. Timentibus eū, timore sancto, cuius rei gratia latro dexter nō incon
dite dixit ad rebellē & contumacē pœnæ sociū, Neq; tu times deū? Time eū, M
ut eius misericordiā potius experiaris q̄ iustitiā. Sū & ego de timentiū numero
qs. n. te non timeat o fili oīa potens? Tu es brachiū dei oīpotētis, tu es uires ei⁹
En apta brachia tua dulcissime fili, ad tuā potentiā declarandā nūc uideo. Aspi
cite oēs. Fecit potentiā in brachio suo dextro. Latronē illic pendentē absoluit
a pœnis inferni, donauit gaudiis paradisi. Fecit potentiā in brachio suo sinistro
Latronē illic pendentē supbū contumacē, impœnitentē, et illi similes, dispersit
supbos in suppliciū damnatiōis æternæ, mente, certo pp̄osito, cordis sui, suæ
uoluntatis, uel dispsit supbos mente cordis sui. i uolūtate aīa suæ in supbia ob N
stinatos. Deposuit potentes de sede, malignos spūs, & draconē principē eorū,
potentes nequitia & p tyrannidē opprimentes genus humanū. Filius meus p
pœnas quas uideo illum sustinere, iam de sede deposuit, mox illos fugabit. Et
exultauit humiles patrū aīas in sinu Abrahę illū ardentissimo desyderio postu
lantes. Esurientes has aīas restituti libertati. Esurientes beatitudine saturari a
filio meo p has pœnas, repleuit bonis, & diuites dimisit ianes qñ diabolū & in
fernū tātis opib⁹, & aīarū iustarū thesauris iniuste diuites, iuste exuit, & penitus
inanes dereliqt. Reliqt etiā diuites ianes, qñ aīas q̄ nullā frugē bonorū opum

attulerant,plenas inanitatibus & inanitionibus iniq̃tatum relict in pœnis.Io-
O seph uenditus a fratribus triginta argenteis,post calūnias incontinentis & pro
cacis fœminæ,post carcerē ægypto p̃ficitur,fratres pascit inuidiosos & illis in
iuriã condonat.Sic ab Israel suo patre suscipitur.En Iesus magni Israel nõ mul
tarum sed cunctarū gentiū patris,puer & filius eius secundū diuinitatē,homo
purissimus nullo peccato maculatus,puer & filius meus secundū humanitatē
p̃ inuidiã a Iuda quē sibi in fratrē asciuerat uenditus,a synagoga procaci falso
accusatus,a pontificibus in domibus Annę & Cayphæ quasi in carcere asser-
uatus,& Pilato quasi Ismaelitis traditus,a Pilato aũt nunc crucifixus,fratres &
mundū famelicū pauit iam antea corp̃e simul & sanguine p̃prio.Nũc oĩbus
iniuriã cõdonauit.Ita suscipiet illū paulo post pater æternus,sicut suscepit Isra
el puerū,recordatus misericordiæ suę.Israel sup oĩa lętatus est,suscipiendo Io
seph,cp ille fratribus condonasset iniuriã,quã ultus non est,neq; filiis impro
perauit pater,Recordatus nēpe misericordię sui Ioseph,quē tã ardenter ama
bat,qm̃ ille remiserat fratribus iniuriã pater uoluit penitus esse remissam. Ita
deus oĩpotens magnus Israel,recordatus misericordię sui meiq; Ioseph,q ro-
gans in cruce pro fratribus dixit, Pater ignosce illis illoscp excusauit, Iudæos
habuit excusatos,& ueniã p̃stitit illis,si modo uoluerint acceptare hoc esse exi
stemus q̃d meditabat stans ad crucē uirgo Maria qñ dicit.Suscepit Israel pue
P rum suū,recordatus misericordiæ suæ.Modū etiã susceptionis enarrat, Sicut
locutus est ad patres nostros Abraã et semini eius in secula.Ita suscepit eū sicut
locutus est ad patres nostros.Et quõ locutus est ad patres nostros o mater san
ctissima: o mater sapientissima,o mater mœstissima,& inter angustias p̃ tua
sapientia gaudia cogitans.Locutus est ad Adã. Maledicta terra in opere tuo
Q spinas & tribulos germinabit tibi.Tertia Iudęorū,synagoga maledicta sua ini
quitate q̃tūlibet bene culta fuerit a filio meo in ope suo,in laboribus pegrinati
onum,doctrinæ & sanitatū spinas in capite eius,tribulos in pedibus & mani-
bus germinauit.Vnde Israel magnus Ioseph puerū suū suscepit,sicut locutus
R est ad patrē primū Adã,Videte spinas in capite,in manibus & pedibus tribu
los ferreos.Locutus est ad Noe.Cumq; obduxero cœlū nubibus apparebit ar
cus meus in nubibus,recordaborq; fœderis mei q̃d pepigi uobiscū & cū oĩ
aĩa uiuente,& nõ erunt ultra aquæ diluuii ad delendã uniuersam carnẽ. Cum
corpus filii mei sedes dei,uerū cœlū,obductū est nubibus passionis,cū clauis fi
xus est cruci,apparuit arcus in nubibus,brachia arcuata iter angustias uisa sũt,
unde promittit deus homines non ultra disperdere, quoniam redempti sunt
pœnis inundantibus,quas arcus brachiorū cruci affixorū reducit in mentem.
Suscepit ergo filiū suum,puerū suum & meū, sicut locutus est ad Noe. Ad
S Abraam aũt locutus est ita.Tolle filiū tuum unigenitū quē diligis Isaac,& ua-
de in terram uisionis,& offeres eum ibi in holocaustū,sup unum montiū, quē
monstrauero tibi.Venit Abraham in montem,Erexit altare,Ligna compo-
suit, filium superposuit, ut illum immolaret gladium arripuit. Sed prohibi
tus iugulare filium, inuenit arietem quem pro illo obtulit.Et magnus Abra
ham omnipotens Deus,unigenitum filium suum IESVM filium meum,

Sicut lo

Sicut locutus est ad Abraã in figura,duxit in illū ipsum mõtē,ubi altare Abra
am dudū erexit,Cruci locū designauit,ligna sup altare.i.crucē in loco p̃para
to stabiliuit,Composuit Isaac super ligna i.Christum sup crucem.Et qm̃ de se
nata in filio diuinitas mori nõ pot,humanitatē quã de me sumpsit,quasi arietē T
immolauit.Non poterat Isaac pro peccatis hoĩm satisfacere,Poterat aũt filius
meus.Quis sic decretū à deo fuerat p̃ suã mortē hoĩbus ueniã impetrare.Ideo
euasit ille,hic moritur ĩ cruce,odoratusq; est dñs odorē suauitatis,Ex filii mei
carnibus oblatis.Quis iste odor fuit o uirgo sanctissima: odor clemẽtię,odor
remissionis tantæ iniuriæ,odor obedientiæ,odor satisfactionis,Qñ per suam
mortē iustitiæ satisfactū est,Ita suscepit Israel puerū suum,sicut locutus est ad
Abraã,& semini eius in secula. Primū germen legitimum seminis Abraæ fuit
Isaac.Adhuc locutus est dñs. Quiesce in terra quã dixero tibi,& peregrinare V
in ea,eroq; tecū & benedicã tibi,Ego sum illa terra in qua Isaac filius meus pe
grinatus est cū qete,Nusq̃.n.quieuit de cœlo descendens uerbū patris ęterni,
nisi in uentre meo p̃ nouẽ menses,Nam ut primū est natus,extuli eū de Bethle
em,& in Nazareth domū habitationis suæ reportaui,Non multo post Iudęã
cū illo deserui.Herodis crudelitatē fugiẽs, Eo mortuo reuersa sũ cū filio meo
ad terrã natiuitatis meæ,ubi ut adoleuit filius meus pro sanctimonia & doctri
næ ueritate odio habitus nusq̃ stetit diu.Quieuit tm̃ in uentre meo, Impleuit
q̃d dixerat deus ad Isaac in figura, Quiesce in terra quã dixero tibi,implebit
& paulo post in sepulchro,reconditū lacerū corpus.Ero tecum,Fuit deus cum
humana natura filii mei in uentre meo.Erit cū exangui & exanimi corp̃e in se
pulchro,Et bñdicam tibi.Spero istud mox futurū, Nõ nocent o Iudęi uestræ
blasphemiæ filio meo,bñdicet statim illi deus.Quę sit futura bñdictio audite.
Tibi em̃ & semini tuo dabo oẽs regiones has,inferas in p̃dam,medias in tute
lam,superas in regni gloriã.In nomine em̃ dñi Iesu mei filii omne genu flectit X
cœlestium,qa ministri,terrestrium,qa redempti,infernorū qa subacti & car-
cerati.Secundum semen Abraam est Iacob,ad hunc locutus est in uisione de
us,quando ostendit illi scalam stantem super terram,& cacumen illius cœlum
tangens. Angeloscp dei ascendentes & descendentes per eam,& dñm scalæ in
nixum.Crux ista in qua meū filiū pendentē uideo,scala est cuius cacumen tan
git & penetrat cœlos.Per hanc nēpe ad summū cœlorū dei thronū ascendit,
En angelos ascendentes & descẽdentes p̃ hanc scalã ad filii mei sanguinẽ colli
gendū & conseruandū,Gratię innumeræ p̃ quas hoĩes in angelos transeunt,
a deo patre in hoĩes p̃ filii mei crucē descẽdunt,hoĩes sine numero p̃ susceptas
uirtute crucis gratias ad cœlos ascẽdunt,En dñm Iesum Christū,dñm uniuer
sorū,dñm & filiū meū scalę innixū p̃ clauos illi adhęret,sustentat in illa.Ergo
suscepit illū deus p̃ crucẽ,sicut locutus est semini Abraã in scalę uisiõe quã retu
li.Ita stabat iuxta crucem IESV mater eius,& soror matris eius Maria Cleo- Y
phæ,Post mortē Ioachim,cui Anna Mariam matrem domini peperat,nupsit
Anna Cleophæ & ei aliam filiam Mariam nomine peperit Mariæ uirginis so
rorem uterinã.Maria Cleophę,quã Cleophas genuit ex Anna,& Maria Ma
gdalenę hãc,notissimū est ex euãgelio priꝰ delitiosã fuisse mulierẽ,postea dñi

Iesu christi doctrina pœnitentem,tandem eius discipulam charissimã euasisse. Cum uidisset ergo Iesus matrẽ q̃ illi mater obstetrix & baiula fuerat, q̃ p oĩa matris offic̃iũ in eo educãdo impleuerat,q̃ materno affectu,sed syncero ac solido illum semp amauerat,stantẽ incõcussam,impauidã imp̃turbatã,stantẽ animi plenã,& attentissime q̃ diximus meditantẽ (Dñm.n.Iesum christũ q̃ scrutator est cordiũ,q̃d illa meditaret latere nõ potuit) Dixit matri suæ,mulier ecce filius tuus, Sunt q̃ dicunt dñm Iesum uirginẽ matrẽ suã,matris noĩe appellare noluisse,ne dolores illi ingeminaret.Sentiat q̃libet ut libet.Ego existimo sapiẽtissimũ Iesum sciuisse matrẽ non excessisse memoria,ut se matrẽ non meminisset,ut si se noĩari matrẽ audiret, ĩmeditatũ aliq̃d occurreret eius aĩo, unde magis minus ue doleret.Nouerat se unicũ filiũ a matre amarissimum.Nouerat matrẽ stare iuxta crucẽ,ut filiũ tam gloriose certantẽ atq; uincẽtẽ uideret.Nouerat eã plenã gratia sonis uocũn no cõcuti solitã.Existimo potius pro pietatis officio,illã non matrẽ sed mulierẽ appellasse,ne daret crucifixoribus ansas durius aliq̃d contra illã aggredi.Hac rõne non se indicauit filiũ sed Ioannẽ dicẽs. Ecce filius tuus Ioannẽ indicans,ut potuit oculorũ nutibus.Deinde dixit discipulo.Ecce mater tua.Sed q̃ pacto uerũ erat q̃d dixit ueritas Ioannẽ ostendẽs. Ecce o mulier filius tuus. Et matrẽ ostendens amato discipulo,Ecce o Ioãnes mater tua.Maria.n.mater dñi Ioannẽ non peterit,neq; illũ usq̃ ab ea adoptatũ ante hæc uerba scriptura cõmeminit.Afferã hic ego q̃d sentio saluo semp meliori iudicio,Existimo neq; ante hęc dñi saluatoris uerba, neq; post ea Ioannẽ fuisse uirginis Mariæ naturalẽ filiũ.Nõ.n.uideo necessitatẽ cur hoc miraculũ ponere debeã,q̃d prisci sancti patres,accuratissimi euangeliorũ interp̃tes minime posuerunt.Certe adoptiuus filius,uere filius usitata loquẽdi frequẽtia, legisq; instituto cõprobat̃,Et autore Moyse,immo deo,filius quem ex mortui uxore genuerat,frater mariti supuiuus,natura erat filius generãtis,lege filius ꝺ defuncti.Quod si legis adoptio mortuis dare filios potuit,cur a uiuentibus adoptionẽ suscipiẽtes,uere filii nõ dicent̃: neq; uero filiationẽ Ioãnis, cõsecrationi eucharistię æqparare ita cõpellimur,ut sicut in eucharistia naturã panis amitti,& uerã corpis christi naturã accedere sacramẽto fide tenemus.Sic in Ioanne filiationẽ ad priorẽ naturalẽ matrẽ desiisse,& nouã ad uirginẽ subintrasse,aut nouã ad uirginẽ cũ priori ad matrẽ ꝓpriã mansisse,aut p ueterẽ naturalem filiationem ad matrem quæ illum peperit factum esse uirginis filium,credere nos oportet,Ad puram nanq; relationẽ motus esse non potest, neq; duę relationes ex toto consimiles specie possunt esse in eodem.Sed neq; una relatio potest in duos terminos tendere, Vt dominus Iesus Christus naturale corpus suum in eucharistia consecratum ostenderet,statim addidit,quod pro uobis tradetur.Quo omnes intelligerent non esse aliud corpus sub panis specie quam quod futurum erat in cruce. At quando dixit Virgini matri, Ecce filius tuus. Et Iohanni, Ecce mater tua, nullibi addidit quod naturalem nobis filiationem ostendere posset. Quinimmo Iohannes qui factus est filius, de se ita scribere studuit,ut omnes intelligerẽt adoptione illum,nõ natura filium esse constitutum.Dicit enim ex illa hora accepit eam discipulus in suam

Accepit.

Accepit scribere uoluit,nõ transiit,uel est genitus.Accipe actus est uoluntarius.Accepit,quia se p uoluntatẽ filium adoptiuũ constituit.Accepit aũt Ioãnes ex illa hora,qua magistri & dñi sui uoluntatem intellexit,a qua ut ꝓro discipline amoris meritò dissentire nõ debuit,ita neq; uoluit.Fuit igitur uera filiatio p adoptionem in Ioãne q̃ tunc primum adoptionẽ acceptauit. Qñ magistrum suum sic uere intellexit.Non sic aũt uirgo mater dñi qm̃ erat gratia plena,plenaq; scientia,filii secretum ad passionem p̃sertim accommodatũ latere non decuit. Qm̃ consentaneũ est Iesum anteq̃ patereṫ matri aperuisse quicq̃d in cruce suspensus esset acturus. Itaq; sancta uirgo iam antea Ioannẽ in adoptiuum filium acceptauerat.Sicut iam antea dñs Iesus illam facere constituerat & effecerat.Qui nihil egit unq̃ forte fortuna,p̃ter intentionem,uel p subitam occasionem,sed oĩa q̃ fecit p̃tentia habuit anteq̃ fierẽt. Magna igitur rõne de se ipo dixit euangelista.Ex illa hora accepit eam discipulus in suam.Non de uirgine. Vt nobis certum relinqueret uirginem sapientissimã non inopinate, ut ille ꝓ tpis rõne se filium adoptasse,neq; ex illa hora dñs Iesus adoptionẽ instituisse, sed tm̃ indicasse scienti.Itaq; ueritas a se non discessit qñ dixit.Ecce filius tuus. Iam.n.erat filius adoptatus a uirgine,adoptionem autorizãte ipso uerbo dei filio,q̃ dixit & facta sunt,mandauit & creata sunt.Qui etiam ab æterno dixit, omnia,ut suis tpibus illa consurgerent.& p̃finito tpe starent. Ecce filius tuus; Quis iste o filiꝰ Ioannes,q̃ interp̃tatur in q̃ est gratia. Tibi mater Marię nomẽ C
est q̃d significat illuminata aut illuminatrix.Quoniam igitur illuminata es prę cæteris,fide inconcussa,do tibi in meo codicillo Ioannem in filium.Vt omnes intelligant ex lumine fidei gratiam sicut adoptatus ab adoptante foueri. Dum me concepisti,dixit te Gabriel nuncius meus gratia plenam. Vnde nunc per gratiæ plenitudinẽ inconcussa uides me in tantis pœnis,Quid igitur te dignũ in codicillo meo,de te disponam,nihil magis habeo q̃ gratiã. Peperisti me gratiæ fontem,ecce Ioannes qui noĩe gratiã repsentat filius tuus erit.Ioannes q̃q; te matrem habeat ut uicissim in gratia stabilitus,illuminetur ad ueritatẽ fidei certissimæ dignoscendam.Non uacãt charissimi ista mysterio, sustinete & ui D
gilate mecũ, Vt hæc codicilli particula ad nos pueniat ut mulier nostra,nostra .s.anima Ioãnem mœreatur adoptare in filium,simus Maria,illuminemur Maria.n.illuminata significat,illuminemur autem fide certissima,humilitate profunda dicentes ex corde.Ecce ancilla dñi fiat mihi secundum uerbum tuum,ita dicet in suo codicillo nobis redemptor noster,o mulier Maria nomine,o anima fide illuminata,ecce filius tuus Ioannes,pro tua fide habeto gratiam meam ut Ioannes noster nobis data gratia,nos non deserat,seniles & inanes fabulas deuitemus,ineptas disputationes,& argutias philosophorum ne sectemur,bonum est per illa transire sed non in illis persistere. Captiuemus intellectum in obsequium fidei.Studeamus a Ioannis nomine non elõgari,relinquamus malum bono adhęreamus,Simus sobrii & uigilemus,ita plene illuminabimur,ita sortis nobis animam bonam per gratiam dicet in suo codicillo dominus Iesus Christus. Ecce mater mea Maria fide illuminata radio ueritatis æternæ quæ humanam rationem longe supereminent.

¶ Quarta codicilli particula & declaratio eius.

POSTEA ſciens Ieſus, ꝙa oĩa cõſumata ſunt, ut conſumaret̃ ſcriptura dixit. Sitio. Vas ergo appoſitũ erat aceto plenũ illi ergo ſpongiam plenã aceto hyſſopo circũponentes obtulerunt ori eius. Cũ ergo acceppiſſet Ieſus acetũ dixit, Cõſumatũ eſt. Reſtabat de paſſiõis ope impleri, ꝙd in pſalmis erat, pphetatũ. Dederunt in eſcã meã fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. A planta pedis uſq; ad caput nihil intactũ, nihil nõ uexatũ fuerat niſi patũ niſi guſtus. Et, pfecto, ꝙ guſtũ cõſumauit Eua peccatũ. Vt igitur repatio noſtra ruinę noſtræ ordine rñderet, uexatur ultimo repator noſter in guſtu. Sciens itaq; Ieſus ꝙa oĩa q̃ de illo patriarchę figuris & ænigmatibus oſtenderant, q̃, pphet⁹ nunc aptis, nunc myſticis uerbis uaticinati fuerãt cõpleta ſunt, ꝑter guſtus cruciatus extantes. Sciens ꝙa oĩa ꝑ q̃ ſentire dolorẽ poterat conſumata ſunt & exhauſta doloribus, ut guſtũ cui nulla, ppria pœna illata adhuc fuerat, monſtraret doloribus agitatũ dixit, Sitio. Vt ultima pœna ſecũdi Adę cõtraria eſſet ultimę culpæ, ptoparentũ dixit, Sitio. Quis.n.o fratres in tantis pœnis nõ ſit exhauſt⁹? Noctem inter deriſus & impropia colaphos & alapas inſomnẽ ducit, mane iudicio ſiſtitur, ad uaria tribunalia ligatus circũducit feſtinãter, ꝓſſura multitudinis & ueſtiũ ab Herode ſup inductarũ onere incaleſcit. Coronat̃ in ꝓtorio duriſſimis & acutiſſimis ſpinis, quarũ pũcturis ſanguis acuitur. Lacerat̃ flagellis unde ſpiritus uitales exhauriunt̃, onerat̃ cruce, raptim Caluariã aſcendere impellit̃, illic dũ cruci configit̃, manus & pedes clauis ꝑforant̃, Nec uno tm̃ ictu nerui dilatant̃, penetrant̃, ſeperantur, ſed lacerant̃, claui craſſitudo ſemꝑ excreſcens, q̃ magis malleo impulſa deſcendit in uulnera, & ligno ꝓfundius infigitur, uexat acerbius. Eſt q̃dẽ durũ gladio manum uno ictu tranſfigi, ſed gladius planus, & ꝑ æqualia acterſa leniter extenſus ꝑ ſolã latitudinem lædit. Clauus cõtra dum infigit̃ ad quatuor latera undiq; lacerans, dolorẽ quadrige minat. Vnus ictus gladii cuiuſlibet ue mucronis, uno tempore cõquieſcit. Malleorũ ictus repetiti, ad manus pedeſq; ligno ſolide cõfigẽdos, q̃tiens iterant̃ priorẽ dolorẽ antecedentiũ ictuũ exaſperant, & nouũ adducũt. Si longa uigilia, longa frequenſq; uia, uerbera, punctarũ dolores, uulnera, lacerationes, amiſſio ſanguinis, ſingula ſitim faciunt. Quanta fuit ſitis tua dñe Ieſu Chriſte, q ſine intermiſſione hæc oĩa paſſus es. Dolores q calorẽ in corꝑib⁹ acuunt, q naturalẽ uigorẽ abſumũt, dũ uel minima cõſtrictione uel forti exhalatione, humidũ unde nutrimur exhauriunt, ueriſſimã & ardẽtiſſimã ſitim tibi adduxerunt clemẽtiſſime dñe, deus noſter redẽptor noſter inter anguſtias decertantiũ ſitis eſt pœna acerbiſſima, & ſꝑe nondũ uulnerati ſitiunt ardentiſſime, q̃m exercent̃ acerrime, & a uiolento exercitio ſitis ſemꝑ inſurgit. Tu dñe q tam atrociter impugnaris, exerceriſq; tã diu, tam crudeliter laceraris, uulneraris, neq; uinceris, ſed ꝑ oĩa uictor euadis, dũ animi plenus ea ſuſtinens, ſupas oĩa, non mirũ ſi magna eſt ſitis tua. Credimus & cõpatimur tibi dñe dũ moribundus in cruce dicis, Sitio, Vidit ſitim tuã q plorat in pſalmis pœnas tuas. In ſiti mea potauerunt me aceto, ut hæc ſcriptura impleret̃. i. ut uerã ſitim quã ꝑſagiuit, ppheta tuus te confirmares exptũ ſciens tuis pœnis ſolũ eſſe reliquũ acetí potũ

et potum felle myrrha ue commixtum dixiſti, Sitio. Vas aut̃ appoſitum erat aceto plenum. Quia ſupplicium crucis ſitim afferre ſolebat, ne crucifixi ſiti laborarent, mos erat afferre unde (ſi peterent) ſitim extinguerent. Dabatur autem illis potus guſtui delectabilis in pœnæ ſolatium. Qui mos in morte puniẽdis noſtris etiam temporibus obſeruatur, condimentis nanq; mellis aut zucari, quæ confectiones dicimus acuinis magis delectantibus, magis ue nutrientibus confortantur, donec ad deponendæ ſupplicii uiolentia animæ articulum rediguntur. Fiũt hæc ad miſerorum ſolatium ut mortem æquanimiter uel minus dolenter ſuſtineant, Iudæi qui mortem domino Ieſu accelerare ſtudebãt, pro uino confortante acetũ attulerant, quod cadens exterius neruos detectos læderet, ori uero non ſatisfaceret, ſtomachum poſt ſumptionem læderet. Ergo rabies Iudæorum in uini & liquorum confortantium uicem, uas appoſuerat aceto plenum unde potum ſumeret crucifixus, ſi poſtulaſſet, Illi ergo q eũ crucifixerant, qui carnificiam exercebant. Illi quatuor qui ueſtes domini Ieſu inter ſe diuiſerunt, ſpongiam aceto plenam hyſſopo circũponentes obtulerũt ori eius. Quod Ioannes hic hyſſopum ſcribit, Marcus calamũ dicit, Matthæus arundinem minime diſcordat, & Marci cum Matthæo concinnitas in promptu eſt. Breuis nanq; & tenuis arundo etiam hodie calamus dicitur. Hyſſopus autem licet herbam ſonet, capulum tamen aſperſorii ſiue aſperſoriũ quo aqua conſpergimur ſæpe ſignificat. Et hęc ipſa inſtrumenta quibus aqua benedicta aſpergimur, materno uulgatoq; ſermone apud multos Italiæ populos hyſſopus nominatur. Ita Matthæus huius inſtrumẽti materiam ſcribit dicens arundinem, Marcus exprimit quantitatem dum dicit calamum, Ioãnes formam & miniſterium referens hyſſopum dicit. Apparet hic manifeſtiſſime non fuiſſe crucem tam proceram q̃ inconſulte & ſcribitur & dicitur. Quando breui hyſſopo. i. arundineo aſperſorio inſtar calami tenuis, carnifices ſpongiam obtulerunt ori eius, Potuiſſent certe ſicut ſtantes in terra illum crucifixerãt, ſuis manibus (ſi uoluiſſent) uas unde biberet Ieſus ori ei⁹ admouere. Sed ut ſitim magis accenderent, os tm̃ madefacere uoluerũt, ut humidum quidem attingeret, ſed non ad ſacietatem acciperet. Calamo aũt appoſuerunt ſpongiam, neq; ad os illam manu admouerunt ad contumeliam, Vel fortaſſe q̃m nequam hoĩes crucifixi pœnis exacerbati nonnunq̃ uertebantur in rabiem, & admotas manus mordere nitebantur, pro cuius euitatione periculi tractum erat in conſuetudinem, non uaſis ſed ſpongiis potare crucifixos. Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum dixit, conſumatum eſt teſtamentum & reliquum mei codicilli, cõſumatum eſt opus paſſionis meæ. Conſumatum eſt opus peregrinationis meæ, conſumatum eſt & penitus impletum quicquid in uita mortali pro ſua redemptione me facturum patriarchæ figuris ænigmatibuſq; deſignauerunt. Quicquid prophetæ ſcripſerunt. Sed nonne mori reſtat? Hoc ego non faciã ſed patiar. Conſumatũ eſt quicq̃d pugnans facere debui. Mors non pugna eſt, ſed pugnę terminus extremus. Sed nunq̃d latus tuũ lancea apiendum eſt? Nunq̃d deponendus es de cruce? Nunq̃d es ſepeliendus? Erunt hæc in exanimi corpe, hęc ego non ſentiam. Conſumatũ dixi, quicq̃d ſentire, quicq̃d agere debui in uita

mortali, quicqd bellans & impugnans mũdus tribalationis inferre debuit & molestiæ. Consumatum est bellum, Consumatũ est opus redemptionis humanæ, Consummatum est quicqd dare uim põt hoibus ut saluentur. Quæ si uera sunt apparet (q̃d alibi latius disputauimus) sacramenta ecclesiæ nõ a uulnere
M lateris accipe efficaciam. Q̃ ipse salutis autor & sacramentorum institutor dixit ante lateris uulnus opus suum esse consumatũ. Sed nonne restabat descensus ad inferos: illic alligari draconem & spoliari liberari iustorum animas, & de carcere educi, resurgere ascẽdere, paraclitũ mittere. Quę oĩa sacris in literis per patriarchas & prophetas præsagita prædictaq̃ sunt: Ad uictoriam pertinent ista, non ad certamen, premia sunt hæc pugnę, non labores. Non me manent ista uiatorem & passibilem, sed comprehensorem plene q̃ beatum. Consumatũ est opus redimendi. Restat redẽptos liberare, cõponere & beatificare

¶ De tenebris factis passionis tempore, & declaratio earum.

Sexta aũt hora tenebræ factæ sunt sup uniuersam terrã usq̃ in horam
a nonã. Et circa horã nonã clamauit Iesus uoce magna dicẽs. Deus meus deus meus ut quid dereliqsti me? Videtur hoc loco inter Ioannẽ reliN quosq̃ euangelistas non esse concordia. Q̃ Matthęus Marcus & Lucas concorditer scribunt diem esse obtenebratũ ab hora sexta usq̃ in horam nonã, & ante sextã christum nedum crucifixũ, sed derisum, blasphematũ, aceto & felle in cruce potatũ scribunt. Adhuc Marcus dicit aperte. Erat aũt hora tertia & crucifixerunt eũ. Ioannes aũt hora quasi sexta Iesum dicit adhuc stetisse in ptorio, & Pilatũ illum damnare cruci tergiuersantẽ his uerbis adducit, Erat aũt parasceue paschæ hora quasi sexta. Et dicit Iudæis. Ecce rex uester, Illi aũt clamabant, Tolle tolle crucifige eũ. Dicit eis Pilatus, Regẽ uestrũ crucifigã? Rnderunt pontifices. Non habemus regem nisi cæsarẽ. Tũc ergo tradidit eũ illis ut crucifigeretur, Traditus est igitur iuxta Ioannẽ crucifigẽdus hora quasi sexta. Qua iuxta tres euangelistas alios, iam pendebat in cruce. Sed si Ioannis sermonem & usum describendi secundum Iudæos tpis diligenter attendamus, facile concordiã inueniemus. Diuisam habebant Iudæi diẽ. i. lucem solis sup terram p quinq̃. Primã, tertiã, sextã, nonã & undecimã. Quam diei distributionẽ paterfamilias operarios mittẽs in uineam manifestat. Porro cũ duodecim sint horæ diei, pśertim uernali æqnoctio, & saluatorẽ nostrum constat crucifixum singulas dici particulas horas duas, & duas qntas partes alterius horæ cõtinere necesse est. Et cũ signum tertiæ aduenerit, q̃d illi succedit sextæ assignare solemus uenienti. Tertiæ nihilominus pteritæ q̃d sequtur attribuimus nisi ultra dimidium ad sextã fluxerit, Ioannes ergo q dixit, Erat aũt parasceue hora quasi sexta. Dum cauillaretur adhuc Pilatus pro liberando Iesu nõ pcise dicit fuisse sextã horam, sed quasi sextã. i. ante signi eius aduentũ, Poterant adhuc supesse duæ horæ, & duæ primæ qnq̃ partes horæ alterius ab hora tertia in sextã declinantes, aut paulo plus, paulo ue minus fluxisse, & p illas remanẽtes duas horas potuit crucifixus esse Iesus, & uere fuit, Iudæis oĩa p summam celeritatẽ maturantibus, Ita cum signũ sextæ aduenisset & in nonã uergeret, dies obscurata est. Q̃ ergo dicit Ioannes, Erat aũt parasceue paschæ hora quasi sexta, a spa

cio tpis antecedenti terminũ siue signũ sextæ colligit tempus ut declarauimus tertia. s. in sextam uergente. Q̃ aũt Matthæus Marcus & Lucas a sexta hora tenebras factas scribunt, tempus signant a spacio sextã horã subsequente. Q̃ uero Marcus dicit. Erat aũt hora tertia & crucifixerũt eum, sumit tempus succedens a tertia proxime pterita. Ita nulla est dissonantia, si non dissona mente, & dissoluta ac torpida euangelia lecta fuerint. Quod ne nobis eueniat, sustinete & uigilate sigillatim euangelistarũ uerba scrutari, & qua rõne dicuntur diligẽter inspicere. Tenebræ factæ sunt sup uniuersam terram. Nunq̃ tota terra O
obscurari. i. oẽs partes elementi huius esse sub umbra comptæ sunt. Necq̃ natura ferre id põt, Cum. n. tenebræ supinducantur p umbram corpis opaci splẽdorem solis intercipientẽ, ipsum intercipiẽs illuminari necesse est. Q̃m illuminatum esse aliud esse non põt q̃ lumen aut lucem suscipe. Nihil aũt ita opacũ est ut umbras tenebrosas possit inducere nisi terra. Quare q̃ alteri terræ parti P
induxerit tenebras, illuminata manebit. Miracula uero q̃ facit deus q̃uis dum fiunt, pter solitum naturæ ordinẽ fiant, tñ dum sunt natura sustinente, non aũt penitus abhorrente sunt, & ferre non sufficiente. Licet. n. mortuus pter naturæ legem restituatur ad pristinã uitam, tñ restitutus naturaliter uiuit. Licet cę cus pter naturæ ordinem uisum accipiat, tñ illuminatus naturaliter uidet. i. ita uidet sicut naturaliter uisum habentes. Ita uiuit resuscitatus, ita operatur, ita uegetat, sentit, intelligit, ut natus. Itaq̃ licet tenebræ factæ sint dei uirtute, nõ usu naturæ, & ita sint factæ miraculo, tñ dum a sexta in nonã durauerunt, stare naturaliter debuerũt. Naturalẽ standi modũ Hieronymus his tenebris assignauit Q
q̃ dei uirtus solis subtraxerit radios. Põt hoc qdem facere, sed in aliqua parte illos subtrahet & in alia multiplicabit. Si. n. p uniuersum subtrahat, non est ubi radii naturaliter consisterẽ possint. Ita Hieronymus radios solis nõ ab uniuersa terra, sed a terra Iudææ subtractos scribit. Origenes radios interceptos dicit nubibus opacis, Sed q̃a sibi constat uniuerso elemento terræ nubes tam opacas (ut tenebras ubiq̃ faciant) obduci non posse. Scribit & ipse has nubes sup inductas terræ Iudææ. Porro Dionysius Ariopagita harũ tpe uir philosophus & gentilis, q ad cœli motus rõnem indagandã in ægypto manebat, regiõe plana & p cæteris sereno ac lympido aere pro raritate pluuiarũ gaudente scribit ad Polycarpum has tenebras se uidisse interpositione lunæ inter terrã & solẽ fuisse formatas. Ita nõ fuerũt hę tenebrę in sola regiõe Iudææ, sed etiã in ægypto uicina, puincia. Cõcordabit facile Hieronymꝰ Origeni radios esse subtractos. Cõcordabit & Dionysio. Siue. n. nubes siue luna solis radios alicubi intercipiat, uere illi terrę parti subtrahũt, cui sunt intercepti. Necq̃ obstat q̃ dixerit uirtute diuina subtractos. Q̃ uirtꝰ illa uel nubes tã tetras iduxit uel lunã sic iterposuit, ut nulla creata uirtꝰ facerę potuisset, q̃. n. creata natura nubẽ adducere potuit noctis tenebras die media afferẽtes? Eclipsim uero soli licet natura possit iducere et freq̃nter iducat, Dionysiꝰ tñ ex mltis agnouit a natura hãc nõ fuisse cõfectã, neq̃ creata uirtute potuisse cõsurgere. Erat. n. luna q̃tadecia. i. soli oppolita. In horũ uero luminariũ oppositiõe nõ solis, sed lunę eclipsim natura sup iducit. Q̃m lunę ac soli terra iterposita, ad lunã p̃hibet lumẽ solis acce

dere. Facta ergo ē vtute diuina eclipsis ista, hæc ue solis radiorū interceptio. i-
pter solitum syderum ordinē. Qñ eclipsim passus est sol, ubi natura illū nō cō
stituit eclipsari. Affert Dionysius & alias rōnes, unde cōstat q natura eclipsim
hanc inducere nō potuit, sed qm̄ astronomicæ sunt, ne astronomiā uidear ob
stentare obmissa facio, cōsultius hic existimans Origenem concordare Dio
nysio, ne tanti uiri & de fide catholica tā bñmeriti, pugnantia aut nō bene cō
cinnentia, de re tā seria dixisse uideatur. Lunā si sol non illuminet, lumen habe
re pcipi non posset, qua sola rōne solē eclipsare sufficit, illi ad ppendiculā sub-
posita. Quod ergo dixit Origenes opacā nubem rhetorico stilo, translatio-
neq; pfunctus. Lunā intelligi uoluit. Nouit. n. uir philosophus, & in omni æta
te rerum scientiæ studiosus, nubes non tā densas posse cōpingi, ut p̄ opacita
te tenebras noctis inducāt. Hæc si acceptauerimus, constabit nō uniuersam ter
ram. i. totum elementum terræ, sed partem eius aliquā in uniuersum fuisse ob
tenebratā. Itaq; dicunt tres euangelistæ, a sexta hora usq; in nonā tenebras fa
ctas sup uniuersam terrā, distributio est accommodata, sed non illimitata. Di-
xit alibi euangeliū. Exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeret uniuersus
orbis, & tñ Cæsar Augustus non uniuerso mundo. i. omnibus mundi partibus im
R perabat. Constat. n. ex historiis Parthos tunc non obediisse Romanis. Sed neq;
Caspios montes arma Romanorū supauerunt. Intelligitur uniuersus orbis ro
mani impii, Ita hic p uniuersam terram Iudææ tenebras factas debemus acci-
pere. Hæc teste Dionysio possumus cōfirmare ad Policarpum scribente. Dū
n. has diligenter examinat tenebras, inter earum miracula oīmodam uniuersi
tatem miníme tacuisset. Ipse etiam in ægypto consistens, per obscurissimas no
ctis tenebras motum luminariū sensu oculorum deprehendere nequisset. Sit er
go hic literæ sensus, a sexta aūt hora iam signata, usq; ad horam nonā, donec
eius signum proxime instaret, tenebræ nigerrimæ, noctis instar obscure facte
sunt uirtute diuina, non naturæ creatæ uigore sup uniuersam terrā Iudæam,
Hunc esse literæ sensum ex Luca colligere possumus mox dicente. Et obscura
tus est sol, q cum nunq̄ p uniuersam terrā, sed in uno hemisphærio obscurati
lege naturæ consueuerit p noctem. Tunc aūt cum nox non esset sed meridies
uniuersum hemisphæriū non est penitus obtenebratum, sed tm̄ ea pars hemi
sphærii, ad quā radii solis lunæ inter positu peuenire nullatenus potuerūt. Hæc
uero fuit Iudææ regio, ubi penitus factę sunt p uniuersum tenebræ. In ægypto
aūt uel aliis circūstantibus regionibus, non penitus tenebræ factæ sunt, sed ob
nubilatio, ut sæpe contingit solis eclipsi, uno loco plus alio minus opacitatis in
duci, dum radii minus magis ue illis ad perpendiculam intercepti sunt. Et de
uniuersitate tenebrarum harum dixerimus hactenus.

T circa horam nonam clamauit IESVS uoce magna dicens. Deus
e meus, deus meus ut qd dereliqsti me? Si dñs noster Iesus Christus de-
solatus non fuit, si a spe, si ab animi uigore non decidit, si certissime sci-
uit a diuinitate aīam non deserendā, sed cum corpe uero futurā semp. Si uitam
momentaneā deserebat spontaneus, non est consentaneū q̄ lamentando dixe
rit. Deus meus deus meus ut qd dereliqsti me. Quare magnū hic ego latitare

existimo sacramentum, qd certe audire & discere mallem q̄ ostendere uel do-
cere, Sed qm̄ eo loci p̄ductus sum, ut sine culpa tacere nō possim, dicam quod
sentio, qd fortasse non sit a dñi saluatoris intentione remotum. Erat dñs Iesus S
Christus dei filius & deus uerus, secunda in trinitate persona, deus cum patre
deus cū spiritu sancto, tres simul unus deus, & in ea rōne penitus impartibiles,
indiuisibiles, & a se inuicem oīno inseparabiles. Et tñ crucem patiebatur filius, nō
pater, neq; spiritus sanctus. Quando opus redemptionis nostræ susceptū est
totum in persona filii, tres simul omnia pater filius & spiritus sanctus operati
sunt. Natiuitatem tres simul decreuerunt. Filius natus est solus, Peregrinatio-
nem, doctrinam, miracula, passionem, mortem imminentem & inde secutam
tres simul operati sunt, filius pertulit solus. Hoc mysteriū, hoc ineffabile sacra-
mentum, hoc caliginis inaccessibilis secretum dñs Iesus his uerbis fortasse uo
luit innotescere, ut si illud penitus capere non possumus, aliqua saltē ex parte
cum humilitate & cum tremore discamus, Deus meus, pater meus, deus meus
spiritus meus sanctus, qui mecum oīa estis hactenus operati, ego aūt solus oīa T
sustinui, ut quid. i. ut secundum quid, secundum rōnem personæ, me dereliqui
sti, a me separatus es ad sustinendum. Sic ego oīa sustinui. Ita erunt hæc uerba nō
pusillanimis, sed animi magnitudinem ostendentis. Qui antea dixerat consu-
matum est ostendens in personali uerbo plures personas efficientes, Nunc qs
consumauerit sustinēs manifestat. Sustinete hic quæso uiri optimi & uigilate
mecum. Lance rōnis q̄ diximus apprehendentes, & uidete quid magis cōgru
at, An qui oblatus est qm̄ uoluit, qui potestatem habuit ponēdi aīam suam, &
iterum sumendi illam, qui scit animam suam a deo non deseri, cui certū est deū
in sepulchro durare cum corpore, quasi per lamentum dicere a deo se relinq.
An per animi magnitudinem, per charitatis ardorem, per obedientiæ studiū,
per scientiæ & certitudinis plenitudinem dicere in extremo uitæ mortalis ter
mino, & recēsere per summam, quid trinitas tota pro hoīm salute decreuerit,
& effecerit. Quid sua persona, quid ipse solus hactenus supportauerit.

¶ De uelo templi scisso & ultima commendatione
domini Iesu.

T cum hæc diceret uelum templi (q̄d refert Lucas) scissum est in me
e dium, Et clamans Iesus uoce magna ait, Pater in manus tuas cōmendo V
spiritum meum, Et hæc dicens expirauit, Templum de cuius uelo euā
gelista nunc loquitur, non est quod secundo instaurauerunt redeuntes de ca-
ptiuitate Iudæi cum Zorobabel adiuuantibus Ageo & Zacharia præfectis.
Hoc. n. secundum templum q̄d erat humile, & a magnificentia prioris a Salo-
mone constructi longe deficiens. Herodes Ascalonita primus suæ gentis rex
Iudæorum de genere Antipatri Idumæi funditus euertit, & aliud magnifice- X
tissime erexit, q̄d Salomonis structuram (Iosepho hebræo attestante) uel ad
æquauit uel supauit, Veli rōnem ut habeamus ad plenum qd de eo sacris in li
teris compertum habeam hic afferre constitui. In Exodo sic scribitur. Facies et
uelum de hiacyntho & purpura, cocco q̄ bis tincto, & bysso retorta, ope plu-
mario, & pulchra uarietate cōtextum. Quod appendes ante quatuor colūnas

de lignis Sethim, quæ quidem deaurate erunt, & habebunt capita aurea, & bases argenteas. Inseretur autem per circulos, intra quos pones arcam testimonii, quo & sanctuarium & sanctuarii sancta diuidetur. Adhuc eodem libro sic scribitur. Fecit uelū de hiacyntho & purpura uermiculo ac byſſo retorta, opere plumario uarium atq; distinctū. Et quatuor columnas de lignis Sethim, quas cum capitibus deauratis, fusis basibus earum argenteis. Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hiacyntho, purpura, uermiculo, byſſoq; retorto opere plumario. Adhuc Paralip. lib. sic legim⁹. Fecit quoq; uelum ex hiacyntho, purpura, cocco & byſſo, & intexit eis cherubin. Velum igitur templi ab Herode ultimo instaurati consentaneum est simile fuisse priori, quo Iussu dei Moyses fecerat in deserto, & instar eius Salomon in Ierusalem fecerat. Hoc autem uelum per singula latera uiginti cubitos habuit. Talis nanq; dimensionis oraculum super tabernaculum intimum ædificauit Salomon in templo dei, in quo arcam posuit sub duabus cherubin alis eorum opertam. Dictum est autem uelum, q̄ eo a frōte uelabatur oraculum siue sanctum sanctorum. Ita uelum templi. i. cortina quam diximus cōtexisse templi sanctissima atq; secretissima. Scissum est, Et q̄ prius fuerant lōgo tempore abdita, reserata sunt. Quando obscura ænigmata figurarum, & prophetarum sensus obstrusi de homine redimendo in sacris literis traditi, sunt manifeste cogniti, in Christi morte consumationem accepisse. Et quoniam porta paradisi quod uerum est sanctuarium clausa manebat, neq; quisquam ascendere in cœlum poterat, nisi filius hominis uerus, summusq; sacerdos, qui de cœlo descēdit, sicut neq; intrabat sancta sanctorum, nisi summus sacerdos solus & in sanguine. Nūc autem q̄ per Christi passionem ianua paradisi est patefacta, uelum templi scissum est uere, quando sancta sanctorum & sanctissimum deum per filii sui sanguinem adire & cum illo esse omnibus licet. Quod ut assequamur, Sustinete hic fratres & uigilate mecum, diligentissime attendentes optimi sapientissimiq; præceptoris exemplū. Hic inter ultimum spiritum mortis iam in limine constitutus, quamuis doloribus pœnis & tristitiis sit onustus, dicit tamen, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, Non q̄ commendari deo indigeat cum ipse sit deus, neq; q̄a spiritum suum hominis animam ab alio suscipi ambigebat q̄a deo, cui est inseparabiliter copulata, sed ut ab illo discamus in doloribus constituti æquanimiter omnia tollerare, & spiritum in extremo uitæ deo patri commendare dicentes. Pater in manus tuas commendo spiritum meum, & hæc dicentes expiremus, spiritum reddentes datori & redemptori deo, domino patri & patrono & fratri nostro domino IESV Christo qui pro nostra doctrina patri spiritum commendans expirauit. Amen.

FINIS



DE RESVRECTIONE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI CHORDA OCTAVA CHRISTIANI DECACHORDI

Ic oportebat pati Christum & resurgere a mortuis tertia die. Lucę ultimo. Regem iustitiæ qui suo sanguine deo patri pro nobis omnibus debitum soluit. Qui (ut audius tertius audiuimus) mortem nostram moriendo destruxit. Et diabolum qui in ligno uicerat, superauit in ligno, qui fortem armatum custodiētem adhuc atrium suum, & captiuas illic patrum nostrorum animas detinentē, descendit ad inferos, fudit, profligauit, spoliauit & alligauit. Propter hæc oīa mortem quidem durissimā, & sepulchri angustias

oportuit experiri, ſecꝫ triduo apud inferos, ſecundū aīam cōtinere. Oportuit etiam a mortuis reſurgere die tertia, Vt victoriæ eius triūphus plenus utilitate, plenus gaudio, plenus gloria cunctis innoteſceret. Quatenus q̄ pro eius angustiis paſſiōis, & pro culpis noſtris paſſioni eius cauſam dātibus, cū eo triſtati ſumus, pro reſuſcitato lætaremur & bñ ſperaremus. Et ſicut ille reſurgens iuſtorū aīas de inferis eduxit ad ſupos. Ita in illo & p illum reſurgere confidant, q̄ baptiſmū tenuerint pœnitētiæ in remiſſionē peccatorū eius morte firmatū, Fuit hæc reſurrectio inferis luctuoſa, qñ ſupati & ſpoliis priuati, æterno & ce co carceri ſolito arctius alligati ſunt. Fuit mūdo medio ſalutaris, qñ hoīem illi pſidentē in integrū reſtituit. Fuit mundo ſupiori lætiſſima, cñ regis ſui triumphum agnouit impletū. Horum gra nō incōdite ſancta mater eccleſia tres dies
A pro gloria reſurrectionis celebrandos inſtituit, de Chriſti reſurrectione multa glorioſa recēſendo. Matris igit noſtræ inſtituto (debitū ut ſoluamus reſurrectiōis dñicę) diffinitionē & ſeriem aperire cōſtitui. Quę ſi pie & attente audieritis, ſpero (ſicut uobis apte iā cōſtat) qm̄ ſic oportebat pati Chriſtum, ita erit manifeſtum, quoniam illum oportebat a mortuis reſurgere tertia die.

¶ De reſurrectione in genere, & primo quid nomen ſonet.

Vid ſit reſurrectio dñi noſtri Ieſu Chriſti intelligere uolentes abſolu
q tam ſeu gñalem reſurrectiōis diffinitionē prius oportet accipe, natura docente prius nos abſolutā & gñalem ſiue cōfuſam acqrere rerū notiam, deinde limitatā, certā, ſpecificā & indiuiduā. Certe ſi quē de longe uenientem cernas, illū corpus eſſe primo iudicabis, nōdū cōſtante tibi an ipſe ſe moueat. Vt uero motū eius agnoueris, aīal dices. Si iam lineamēta humani corpis agnoſcas, hoīem cōiectabis. Si fiat propius. Ticii aut Sēpronii uidēs effigiem Semproniū tandē agnoſcis aut Ticiū. Hāc naturę ſemitā hoc loco tenētes, ſpe
B ro abſolutę reſurrectiōis diffinitionē cū fuerimus aſſecuti ad dñi Ieſu Chriſti reſurrectionē diffiniēdā cōmodius accedemus. Reſurrectionē in uniuerſum prius ſecūdū noīs appellationē, dehinc ſecūdū rē iā diffiniamus. Eſt certe uerbale nomē. i. uim uerbi ſecū portās, ſicut calefactio, q̄ actū ſonat, q̄ calor ab agēte in rē prius nō calidā mittit. Ita ſurrectio uim ſonat excitātē, ſiue ſurgere facientē, & ſtare q̄d prius minime ſurgebat neqꝫ ſtabat. Sed qa additū eſt noī ſyllaba re, & q̄d fuerat ſimplex ſurrectio nomē, addita re fit cōpoſitū. Scire uos uelim noīa uel uerba ſimplicia qb⁹ addit ſyllaba re in principio, iterationē maiori exptę ſonare. Sic citharœdo modulari cithara muſicū q̄d inc. piēte & pficiēte ſonare, uel ſonuiſſe citharā dicimus. Si illud idē modulet, reſonare uel reſonuiſſe cōfirmabimus, Si aliq̄d quis loco recte poſuerim⁹, poſuiſſe dicemus. Amotum uero & iterū illic p nos poſitū, repoſuiſſe cōfirmabim⁹. Quod primo uidem⁹, q̄d primo legim⁹, uidere uel legere nos credim⁹. Quę uiſa iā q̄ iā lecta uidem⁹ iterū, nos reuidere, nos relegere arbitremur. Ita qm̄ reſurgere, iterū ē ſurgere reſurrectionē iteratā ſurrectionē eſſe iā cōſtat. Ipſa nūc ſurrectio q̄d ſignificet ſpiciam⁹. Surgo q̄uis uſurpatū ſit, ut ſignificet q̄ſi ſe erigere, ſe ue leuare, a primæua tn̄ inſtitutiōe inſonuit, q̄d mna lingua dicimus binomie, ſurge inſu. Si aq̄ de terra, pdeat labēs, uere dr̄ ſcaturire. Si uero (ut fit ī puteis), pdeat nō labēs, ſed ītumeſcēs in ſe, & q̄ſi aſcēdēs, mna lingua loquētes appropriate dicimus,

Q intenta quoniam ſuauis eſt dominus,& magiſter ueſter.Beatus uir qui ſperat in eo.Beatiores uos quæ in fœmineo corpore ſpē uirilis animi cōtinuiſtis.Glo ria quam paulo poſt in meo corpe uidebitis,pro captu ueſtro uos manet. Tu Magdalena filia mihi chariſſima,en quales pedes lauiſti,abſterſiſti,unxiſti,fa ciam ne te pigeat laborum tuorum.In uaſta heremi ſolitudine contemplatiōi uacantem non deſeram.Paſcam illic te per angelum meum,cum finis tuę mor talitatis aduenerit,ſicut me angelis comitatum cœlum uidebis aſcēdere,te ab eiſdem eo faciam cum gloria ſociari. Tu Martha hoſpes mihi beneficētiſſima (Quoniam circa multa pro me ſemper occupata fuiſti) unum quod omnibus hominibus eſt maxime neceſſarium tibi do.Videbis gloriam meam,Et poſtq̄ multa negocia tuæ actiuæ uitæ conſumaueris.Poſtquam multos Narbonen ſis prouinciæ populos ad me conuerteris,eiuſdem gloriæ te participem faciā, & ad arram ſeruandæ promiſſionis in meo corpore gloriam tibi aſcenſionis oſtendo.Vos mei chariſſimi diſcipuli nuncii doctrinæ,teſtes uitæ, cooperato res uineæ,& laborum comites quoniam pro mea paſſione turbati eſtis,affli ctiq; mœſtitia,pro reſurrectione confortati eſtis,& ſpe bona repleti hac mea glorioſa aſcenſione ſpem ueſtram ampliare & ſolidare conſtituti, ut cum uos inuaſerit tribulatio,eam æquanimiter tolerare poſſitis.Iam dixi qui uult uenire poſt me abneget ſemetipſum & tollat crucem ſuam & ſequatur me,Vt me ſequi poſſitis,uiam qua aſcendo uobis monſtrare cōſtitui.Exiſtimo nō tedebit uos hac ingredi.Glorioſa eſt,plena q; delitiis pria ad quam ducit multo glori oſior, multoq; fœlicior eſt. Ante uero quam ad hanc peruenire poſſitis, crux uobis ueſtra tollenda eſt,poſt meq; portanda.Ego prius uiam doloris,laboris & afflictionis peragraui.Iactatus ſum uariis tempeſtatibus innumeriſq; pro cellis agitatus,peruenI tandem in portum optatæ ſalutis,per hæc conquiſite, nō mihi cui natura debetur,ſed uobis acceleriquis ueſtra opera ſumpturis cru cem ſuam poſt meq; ueturis.Tu Petre quem caput omnium nominaui,quem in me quaſi petra fundatum,Petrum dixi.Scito te per crucem ſecuturum me, Non debes refugere uicarius pro grege ſaluando,pro tua ipſius gloria,quod paſtor pro te,proq; ouibus omnibus ſaluandis tulit libens.Reges eccleſiam Ia cobum conſobrinum meum communi cōſenſu apoſtolorum Hieruſalem epi ſcopum ordinabis.Ipſe primus Antiochiæ præſidebis,& Chriſtianorum illic nomen tuo ducatu manifeſtabitur.Romam inde perges,ubi primam epiſcopi dignitatem pro tuo merito,& gloria ciuitatis inſtituam. Tandem per crucem illic uitam mortalē amittes,æternā aſſequeris,Multis benedictionibus copio ſus. Tu Andrea qm̄ frater es Petri, Poſtq̄ in Achaia eccleſias cōſtitueris,per crucem me ſequeris.Tu Ioannes cōſobrine mihi & corporis integritate ſimil lime,eris benedictionibus copioſus,Mortuā Druſianā ſuſcitabis in uia,pompa fu eris iam elatam,ſicut ego filium uiduæ de ciuitate Naim ſuſcitaui, Scribes euangelium diuinitatis meæ ampliſſimū teſtimoniū, q̄d tam alto aggredieris inicio,ut totus mundus plene capere non poſſit,q̄ tu parua pagella cōpinges. Scribes apocalypſim uelamēta ſiue ꝓphetias myſteriis ſecretiſſimis refertas, quas in Pathmos inſula tibi ſpūs ſanctus oñdet. Vbi plura erūt myſteria quā

uerba.

uerba.Multi legent,pauci aūt intelligent,Neq; tu ſine cruce me ſeq̄ris.Crucia beris exilio inter Grecos,Inter latinos Romę feruētis olei dolio dēcoq̄ris, ſed non lederis.Plenus dierū Epheſios in fidei ueritate firmabis.Te ad cœlos de inde aſcendere faciā.Te q̄q; Iacobe Ioannis frater copioſe a deo bñdictiones manent.Vt inter cōdiſcipulos pro diſcretiōe ab altero cōſobrino tuo Alphei & Mariæ filio,Simonis fratre ac Iudę ſis maior appellandus.Qm̄ prius illo di ſciplinæ meæ es aſcriptus apoſtolus,Hiſpanos conuertes ad fidē,unū ex earū prouinciarū regibus baptizabis.Reuerſus in Iudeā cū cruce pœnarū labor;q; tuorū ab Agrippa futuro rege decollaberis.Referent oſſa tua ad Hiſpaniam. Tantis bñdictionibus copioſa ut rex alius Hiſpanorū q tibi uiuo credere nolu erit,obediat mortuo,& tua bñdictione baptiſma ſuſcipiat.Toto chriſtiano or be nomē tuū celeberrimū facio.Innumerabiles multitudines eccleſiā in extre mo occidente tibi dicatā,ſummo deuotionis ſtudio uiſitabūt,Te uero Iacobe q priori Iacobo conſobrino noſtro,meo inq̄ actu,nō meritis ſed uocationis ordine minor es noſcendus.Qm̄ poſt illū ad apoſtolatū aſcitus es,ut bñdictiōe ꝓuentus es meę cōſanguinitatis,qm̄ de ſorore matris meæ natus es. Sic te bñ dictionibus facio glorioſum.Es mihi corpe & uirtute q̄ ſimilis.Eris ꝓpterea in ciuitate Hieroſolyma (q̄ loci pro humano genere debitū ſolui) primus epūs, primus oīm meū corpus & ſanguinē ſub panis uiniq; ſpēbus pro bñdictionū copia cōſecrabis,ſumes,cōſeruabis & diſtribues,hac rōne crucē tuā poſt me portabis,ꝑdicans q̄ppe nomen meū in tēplo de pinnaculo ꝑcipitaberis,& ful ſonis fuſte ꝓcuſſus in capite,pñtes erūnas in æternę gloriæ fœlicitatē cōmuta bis.Tu inſup Simon cōſobrine cariſſime,Iacobi frater & Iudæ,bñdictiōibus replet⁹ eſto ꝓpetuo,ægypt⁹ idōlis dedito uerū dei cultū & fidē quā te docui ꝑdicabis,expugnatis in ea ꝓuincia idolis,Hieroſolymā reuerteris,Iacobo fra tri tuo defuncto epūs ſuffecieris,plenus ætate,annorū centum uiginti forti aīo crucem feres,in illa magiſtro & conſobrino tuo aſſimilatus,ſpūm reddes deo. Et ꝓ hāc aſcenſionis gloriā me ſeq̄ris.Tu Iuda amborū frater & mihi cōſobri ne dulciſſime bñdictione copioſa ueſtitus,ubi Perſis & Medis euangeliū ꝑdi caueris,apud Armenos cruci tuæ geſtandæ finē impones.In Erico ꝓ martyriū ad me glorioſus accedes.Tu Philippe fili chariſſime,ſcito bñdictionē tuā eſſe largiſſimam.Primus oīm coapoſtolorum gentes ad me cōgregabis,Eunuchū Candacis reginæ aethiopum inſtrues,baptizabis ſpiritu ſancto in Azotum de latus,multis ab erroribus per te reuocatos ad me cōuertes,Per Siriam uiginti annos crucē tuam poſt me portans ꝑdicabis euangeliū.Reuerſus edeſam hæ reſim Ebionitarum extingues.De fine uitæ tuæ ꝓ ſeptem dies antea certior fa ctus a me,fratres & diſcipulos hortaberis in bonum.Lapidibus in cruce con fectus ad me uenies granū purū pœnarū multitudine excuſſum.Et tu Bartho lomee meis eſto bñdictionibus fortilis,Licaoniam in ſortē ꝑdicatiōis accipies, Indis euangeliū ex Matthæo interpretaberis,circūportans poſt me crucē tuā, In Albano maioris Armeniæ ciuitate pro iuſtitia ab iniqs decoriat⁹, & caput trūcatus crucē depones,ad gloriā imortalitatis & fœlicitatis ęternę poſſidēdā. Vt me uides aſcendere aſſumeris a me.Tu adhuc Thoma qui multarum be

nedictionum copia digitos misisti in loca clauorum, unde confixus in cruce pendi. Qui lateris cicatricem explorās in corpore meo de mea resurrectione mundum certiorem reddidisti, ueritatem euangelii quam sensibus expertus es prędicabis Parthis, Medis, Persis, Bragmanis. Post hæc adibis superiorem Indiam, tecum portans & tu post me crucem tuam, Cunctą magnarum & illustrium prouinciarum ingentes populos ad dei ueri cultum adduxeris, ab inuidis tandem pietatis aduersariis uiolēter oppressus, assumeris ad me, laborum tuorum premia in ea gloria recepturus, ad quam mox me uidebis ascendere. Tu Mathee cui multas benedictiones iam cōtribui, quando a sordido Thelonei questu ad apostolatum asciui te. Nūc te scribam & cancellarium meum cōstituo de tua diligentia & probitate securus. Prædicabis opera & doctrinam meam Iudæis fratribus tuis. Quoniam de leuitica stirpe progenitum id agere maxime decet, ut inexcusabiliores sint qui in cęca obstinatione perstantes, fidē meam tenere recusabūt. Recipiet post hæc prædicationem tuam Macedonia, & priusquam ad Aethiopiam tuæ doctrinæ destinatam trāseas, munus quod tibi iniunctum est fideliter exequeris. Scribes euangelium, uitam & doctrinā continens meam, scribes autem literis & sermone Iudæo, & ecclesiis a te constitutis legendum trades, portans semper & tu crucem tuam. Per æthiopiam filium regis Egippi in Nadaber ciuitate regia suscitabis a morte regem, reginam, & resuscitatum filium baptizabis. Filiam eius Effigeniam uirginem castā mihi consecrabis. Regno quoq; uniuerso ad nostram fidem adducto per gladium crucem ferre cessabis. Rex nanq; Irtacus Egippo regi succedens, quoniā Effigeniam illi nubere uetabis, te orātem & genuflexum ante altare ubi me cōsecratum adorabis a tergo incaute gladio transuerberatum, uita mortali priuabit, pro qua a me assequeris æternam fœlicitatem in superna Ierusalem, ad quam nunc me ascendere uidebis. Hæ sunt (ut conjectare licet) benedictiōes quas ascensurus Iesus dedisse innuit euangelista cum dicit. Et eleuatis manibus suis benedixit eis, & factum est dum benediceret illis recessit ab eis.

¶ Lætitia uisionis.

Enedictione completa, quali gaudio, quali lætitia, hoc sanctorum consortio iubilasse credendum est. Vidente matre filium tam lætum, tam festiuum, tam glorioſum, tam beneficum. Videntibus materteris nepotem tanta excellentem gloria, illas & filios habere tam charos. Videntibus apostolis omnibus, se tam pio, tam sublimi magistro, tam excellenti domino discipulos non seruos sed amicos esse factos, dum singuli de sua & uicissim omnes de alterutrius & simul omniū benedictione gauderent. Decą sui domini et magistri gloria lætarentur. Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorū corporeis, mentibus impressis efficacius. Hoc est quod Dauid spiritu sancto plenus ante cantauerat. Ascendit deus in iubilatione, & dñs in uoce tubæ. Iubilare nanq; est aī iucunditatē in facie mōstrare. Et a iubare, uel a iuuando descēdere dicit. Ita cum animi syncera serenitas faciē lætitiæ iubare compleat, Cum animi delectatio per uirtutem delectatum maxime iuuet, Iubilatio esse non debet nisi lætitię, iubar animum complens & splendens in facie.

b

Cum

Cum igitur dominus noster Iesus Christus plenus fœlicitate, plenus maiestate, plenus deitate interius, faciem iucundissimam & indicibili lætitia animum plenum declarantem monstraret exterius. Mater in tanta fœlicitate & lætitia uidens filium, amitæ nepotem, Ioannes & Iacobus eius frater. Alter Iacobus, Symon & Iudas simul fratres, consobrinū. Petrus & frater eius Andreas, Bartholomæus, Thomas & Matthæus magistrum & dominum cōtuentes, & singuli suas benedictiones examinantes, pleni sancta lætitia interius illam per faciei hilaritatem apertissime declarabant, Sic deus & dominus Iesus Christus ascendit iuxta prophetiam in iubilatione, in summa sui, suorumq; lætitia. Anima complente faciem serenitate, & illam uenustissime exhilarāte. O quale gaudium, quæ iucunditas, quanta fœlicitas, O quam inenarrabilis lętitia aspicere matrem faciem filii gloriosam, Aspicere filium matrē inenarrabili lætitia plenam, Reliquas mulieres, omnes apostolos, matrem et filium, magistrum suum uidere tam læros. Quis non credat illos omnes, omni fuisse iubilatione plenissimos. Ascendit etiam dominus in uoce tubæ, non cuiuslibet sed angelicę. Sācti nanq; angeli per suos ordines dispositi, ut ad regis sui iter honestarēt, dum ille eleuatur tubis uictoriam personare cœperunt. Non æneis, non argenteis, sed æthereis & spiritualibus, quales lingua carnis exprimere, cor carneum cogitare non sufficit. Mēte omnes Christi triumphos harmonia modulatissima concinnebant. Auditi & uisi sunt duo exire is ab apostolis, ut refert Lucas, Cū enim intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo uiri. i. in aspectu uirili angeli, astiterunt iuxta illos in uestibus albis puritatem & iucunditatem indicātibus qui & dixerunt. Viri galilæi, uiri transmigrationis, transmigrandi inquam ad tantam & talem gloriam, q. talem audistis in benedictionibus magistri uestri, regis nostri. Quid hic statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est a uobis in cœlum, sic ueniet ad iudicandum quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. Hoc est quod angelorum tubæ resonabant. Iesus rex noster q de morte, de inferno uictoriam reportauit, qui mundi inferioris & medii pīlia omnia uiriliter decertauit, cursum cōsumauit, fidem seruauit, occisus & sepultus resurrexit. Nunc ascendit in cœlum uidentibus illis, matre scilicet & discipulis, qui ab initio secuti sunt eum, & lucida nubes suscepit eum ab oculis eorum, cum quibus nos suæ gloriæ ad quam ascendit in iubilatione cohæredes efficiat, per infinita sæcula sæculorum. Amen.



TRACTATVS DE SPIRITV SANCTO
CHORDA DECIMA

Epleti ſunt omnes ſpiritu ſancto⁹ & cœperũt loqui uariis linguis, pro
r ut Spiritus ſanctus dabat eloquĩ illis. Non uiſum eſt ſatis clementiæ domini dei noſtri filium ſuum ad homines mittere, quos docendo ab erroribus reuocaret moriendo redimeret, reſurgendo releuaret, aſcendendo confortaret, & quo illum ſecuturi eſſemus oſtenderet. Spiritum ſanctum ſibi coæternum & conſubſtantialem ſuper homines mittere uoluit qui in linguis igneis ſe illis oſtenderet & uirtutem daret. Vnde doctrinam ſuã fide ſuſceptã tenere

tenere ſine dubio, docere ſine formidine, operari ſine fatigatione ſufficerent. T
Ita cuius uirtute ſpiritus in utero uirginis dei filius unigentius uerus deus factꝰ eſt homo pfectus. Eius quoq; beneficio hoĩes effici p adoptionẽ dei filii meruerunt. Qm̃ ſpũs ſanctus ſup apoſtolos ueniens ſup ſingulos eorum ſedit & diuini amoris flamma eorũ corda ſuccendit, ut iam deum ex toto corde pamantes, illi in omnibus & per omnia ſeſe obſequentiſſimos ad mortem etiam uſq; duriſſimam exhiberent. Linguas quoque eorum inaudita repleuit, incredibili q; facundia. Vnde una lingua, una uoce perſonantes, auditoribus quantum libet barbaris, ſibiq; inuicẽ loquendi rõne diſtãtiſſimis, non minus efficaciter q̃ aperte ſuas ſingulis linguas, ſua idiomata, patrios ſermones audiendos, intelligendos, retinendoſq; tradiderunt. Huius miſſionis, huius aduentus tam admirabilis, tam opoſi, tam oportuni gaudia recolens ſancta mater eccleſia tres V
dies celebrandos inſtituit. Qm̃ tres diuinæ perſonæ hunc aduentũ opataſſũt. Pater nanq; & filius miſerunt ſpũm ſanctum, q apoſtolos cæteroſq; credẽtes tribus muneribus adornauit, Mentẽ impleuit agnitione ueritatis, affectum roborauit ad opera, linguã acuit & contempauit, ut apte apud oẽs nationes q̃ ſub cœlo ſunt, laudes dei rudes antea hoĩes intrepide diſertiſſime & efficaciſſime pſonarent. Hoc eſt q̃d Lucas dicit, Repleti ſunt oẽs ſpiritu ueritatis ſecundum X
mentẽ, ſancto. i. firmo ſolido & inconcuſſo propoſito affectũ roborante, & ceperunt loq confidenter, diſerte, efficaciter, prout ſpiritus ſanctus dabat eloq illis, ſcientia & pio affectu iam plenis. Eloqui plus eſt q̃ loqui. Et profecto ſpũs ſanctus q ſolida ueritas ẽ & iconcuſſa, q lux eſt indeficiens & fons bonitatis, nõ niſi ueriſſima optime eos loqui dare debebat, Ita Lucas loquentiũ facundiã, uigorẽ, maieſtatẽ aperire conſtituens, nil habuit q̃d de eorum rõne loquendi decentius diceret q̃ eos eſſe loquutos, prout ſpũs ſanctus dabat eloq illis, Nos igit matris noſtre ſancte catholice & apoſtolicæ eccleſiæ ueſtigia ſequẽtes de huius muneris miſſione ſermonẽ hẽre decreuimus. Verũ qa de tã grandibus tamq; ſublimibus myſteriis, nihil dignum ego dicere uel cogitare, uos capere uel retinere poſſe certiſſimũ eſt, ſine ipſius qui miſſus eſt auxilio, Illum ipſum ſpiritum ſanctũ hoc loco nobis adeſſe deuote ſupplicabimus dicentes cum eccleſia matre noſtra, Deus q corda fideliũ ſancti ſpũs illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem ſpiritu recta ſape, & de eius ſemp conſolatione gaudere.

℄ Diſtributio dicendorum de ſpiritu ſancto ſecundum nomen.

Epleti ſũt oẽs ſpũ ſãcto & cepũt loq uariis liguis, put ſpũs ſãctꝰ dabat elo
r q illis. Promiſerat dñs leſꝰ diſcipulis ĩ cœna legali ubi ſe ipm dedit ĩ cibũ q; pr̃ illis mitteret ſpũm ſãctũ qm̃ dixit, Paracletꝰ aũt ſpũs ſãctꝰ quẽ mittet Y
pr̃ in noĩe meo, ille uos docebit oĩa, & ſuggeret uobis oĩa q̃cũq; dixero uobis, Hodie q̃d, pmiſerat ẽ ipletũ, q̃d nobis ut cõſtet qs miſſꝰ fuerit, et miſſiõis rõnẽ attẽtis mẽtꝭ cõtẽplemur. Spũs ſãctꝰ nomẽ nõ eſt unũ, unã tm̃ rẽ ſignificare, & hanc ipam apoſtolis miſſam ſcire uos uelĩ. Eſt uero hec ipa res tãte amplitudinis, tãte uirtutis, tãti uigoris, ut uno nõie illã minime poſſimus exprimere. Sed nunquid pluris eſt q̃ prima uel q̃ ſecunda in ſumma trinitate pſona. Minime? Tres. n. diuinæ perſõnæ coæternæ, cõſubſtãtiales ſibi inuicem ſunt & æq̃les, Cur igitur nõ uno nomine illam tertiam in trinitate pſonam, q̃ ſub iguis & lin

Z gue ſpecie hodie ſe apoſtolis demonſtrauit appellamus? Sicut dicimus primã patrem, ſecundã filium? Caritudo nominũ & linguę anguſtia uel potius hebetudo ingeni faciunt hoc. Notũ eſt tres diuinas ꝓſonas eſſe ſubſtantiam. Pater ſubſtantiã cum paternitate ſignificat. Filius ſubſtantiã in ſe filiationẽ hñtem ſonat. Ita quia ſubſtantiã ſignificant hæc noĩa cum relatione. ſ. cum rõne gignentis & geniti, ut pater ſit deus qui gignit. Filius q̃ genitus eſt deus, uno nomine utrunq; ſignificamus, ſingulũ ſuo. Spiritũ uero ſanctũ cum ab utroq; ꝓcedat, non genitura, ſed mutua charitate, neutro illorum noĩm poſſumus appellare. Non. n. eſt pater, qm̃ non gignit deum filiũ. Non eſt filius, qa deo nõ gignit, ſed per amorem emanat a patre ſimul & filio. Qm̃ uero ĩ creaturis nihil ſic uenit in lucem, ut ꝓ ſolã uoluntatẽ opantis & naturam ſit ſubſtantia, & inuiſibilia dei ꝓ ea q̃ facta ſunt intellecta conſpiciunt, nullũ eſt adinuentũ unicũ nomen, q̃ tertiam diuinã ꝓſonam recte nuncupare poſſimus. Vnde q̃d uno non poſſumus (pluribus utcunq; ualemus) noĩbus circũloquimur. Certe ſi hunc nominemus amorem, q̃d illi nomen maxime conuenit, qm̃ a uoluntate producitur. Amor adiacentẽ affectũ. i. paſſionẽ aut actũ ſiue habitũ uolũtatis noſtro idiomate ſonat. Illa uero tertia in ſumma trinitate ꝓſona, uere ſubſtãtia eſt, Quare ſolo amoris noĩe illum appellare nequimus. Igitur qa noĩe indicante ſubſtantiam eius, & modũ habendi illam, oĩno caremus, eius uigorẽ & efficientiã demonſtrantes, illum dicimus ſpũm ſanctũ. Oĩs nanq; ſpiritus maxime intereſt

A oꝑoſum eſſe, uim & motũ miniſtrare. Quia igitur hæc tertia in ſumma trinitate ꝓſona infiniti uigoris eſt & oꝑoſiſſima. Qm̃ ꝓ uoluntatẽ & propter bonitatem, q̃ illi peculiariter tributa ſunt, rerũ uniuerſitas a deo ſumit exordiũ, & in illum tendit ut in ultimũ finẽ, opandi uigore ſpiritus nomen ſortita eſt, bonitate qua conſeruat, & in ſe dirigit q̃ creauit dicit ſanctꝰ. Vt plenius iſta intelligere ualeamus, meminerimus ad creationis onus acceſſiſſe potentiã quam patri tribuimus. Sapientiã quã filio deſignamus. Quibus ut uolũtas acceſſit, mox cõditæ ſunt oẽs creaturæ. Ita dñi. i. patris oĩpotentis uerbo. i. ſapientia q̃ filio attri

B ꝑbuta eſt, cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius. i. bona uoluntate ſpiritui eius appropriata, oĩs uirtus eorũ firmata eſt, & fulcita ꝑdurat. Neq; uero iſta diſſerimus qa pater ptãtem habeat, nõ filius, nõ ſpiritus ſanctus. Hñt ſinguli & ſimul omnes unã penitus eandẽq; ptãtem, unã mentẽ, unã ſapientiã, unã uoluntatẽ, unã bonitatẽ. Sed ideo ꝑi peculiariter attributa eſt ptãs, qm̃ illũ principiũ eſſe agnouimus de ſuo infinito uigore filiũ ꝓducentẽ. Filiũ dicimus ſapiẽtiã uel intellectũ, qa ꝓ ſapiẽtiã patris illũ ĩtelligimus genitũ. Spũm ſanctũ uolũtatẽ ꝑdicamus, qa ꝓ dei ꝑris & filii amorẽ optimũ ſane, q̃ a uolũtate nro intelligẽdi uſu ꝓdire cõſpicitur, illum coniectamus eſſe deum. Et ſatis forſan fuiſſet hanc uoli

C tam bonitatem dum ſe inuicẽ amant pater & filius de amore mutuo prodeuntem (propterea quę iam diximus) ſpiritum nuncupauiſſe. Sed quia hoc nomẽ æquiuocum eſt & incertum, additum eſt in eius nomine ſanctus. i. firmus incõmutabilis inconcuſſus. Nihil ſpiritu (quem naturales philoſophi agnouerũt) eſt mutabilius ut mox apparebit. Ita nequid creatũ aut mutabile hanc de qua loquimur ꝓſonam audito ſpũs noĩe, eſſe crederemus, adiutũ eſt mox ſanctus.

Non eſt

Non eſt ergo ſpiritus uitalis, quẽ medii repoſuerunt in corde. Deus. n. penit⁹ incorporeus cor non habet. Ille ſpiritus mutabiliſſimus eſt ut expimur in nobis. Eſt. n. uigor cordis in eius ſubtiliſſima. i. maxie pura humorum temꝑatura fundatus. Qui tanta ſemꝑ alteratiõe rotatur, ut nunq̃ nos cõſiſtere ſinat. Qui facilime lædit & difficilime reſtauratur. Hic uero ſpiritus quẽ miſſum hodie recolimus lædi nõ põt. Mutat oĩa, ſed mutari penitus neq̃t. Spiritus eſt ſanct⁹. Neq; eſt ſpiritus naturalis, q̃ in epate a phyſicis ſedẽ hẽre deſcribit. Vnde ꝓ nutrimentũ uita foueꝫ. Hic ſanguinẽ diffundens ꝓ uenas, & quaſi ꝑ alueos uenis irrigans corpus, affectiones uegetabiles ciens, nutriẽdi & uegetãdi deſyderia confouet. Eſt certe & iſte mutabilis. Quid. n. pueros efficit ludibũdos? adoleſcentes agiles? iuuenes robuſtos? ſeneſcẽtes cogitabũdos & tardiuſculos? decrepitos tardos, mœſtos, iracũdos & duros? Nẽpe uariatus ſpũs naturalis in illis, iuxta ſanguinis uariã rõnem uario modo ſe hñtem. In pueris nimis leuẽ & fumantẽ. In adoleſcẽtibus aliq̃tiſper decoctũ q̃dẽ ſed feruentẽ atq; ſpumantẽ. In iuuenibus quaſi integrã decoctionẽ aſſecutũ ſpuma fumoq; defecatũ, & calore bene fulcitũ. Vñ conſiſtẽtię ſtatũ hoĩes aſſequunt. In ſeneſcẽtibus pauliſp amittentẽ calorẽ. In decrepitis quaſi iã frigidũ atq; cõcretũ. Ita dũ ſanguis prorõne cocturæ, nũc clarior, purior, leuior, calore cõpletior eſt, nũc deficiẽs, hũc naturalẽ ſpiritũ nariari in nobis expimento ꝓbamus, & penitus extingui ſi ſanguis ſuã temꝑaturã penitus amiſerit. Nulla uenas, nullũ ꝑ, nihil ſanguinis cõtinet deus, q̃ corporea nulla rõne concludi põt. Nullas ergo uiciſſitudines ſentit hic amor mutuus patris oĩpotẽtis & filii ſapiẽtiſſimi. Nõ ergo eſt ſpirit⁹ naturalis, Sãctus eſt hic quẽ hodie colimus, & ꝓmanẽs ſemꝑ, ille fluxus atq; ca ducus. Neq; eſt aĩalis ſpũs, hic cerebro continet, & pro illius temꝑatura ſeſe exercere expimento monſtrat. Huius eſt ſenſum & motũ aĩantibus ĩmittere. Ita q̃rũ capitis partes melius ſunt diſtribute, q̃rũ meatus receptaculorum cerebri ſibi inuicẽ melius correſpõdent, hi melius ſentire probant. Hic ſpiritus aĩalis & ipſe alterabilis eſt, qm̃ ꝓ fumos officinarũ ſpũs naturalis ad illũ aſcendẽs ĩmutat. Quid putas ſoporẽ in capite, in mẽbris torporẽ inducere, niſi q; fumi a naturalibus mẽbris ſtomacho inq̃ & epate ad caput aſcẽdentes degrauant cerebrũ? Quid q̃ſo eſt aliud ebrietas q̃ fumis uini aſcendẽtibus ad cerebrũ turbari ſenſus? Quid mania? Quid oĩs malencõniæ infinita uarietas? niſi cibi & potus fumoſitates ad caput euaporantes, & modis innumeris cerebrũ ꝓturbãtes? Neq; caput, neq; cerebrum deo, q̃ incorporeus eſt poſſumus aſcribere. Amor eius ĩmꝑturbabilis eſt, nullæ eũ uertigines, nullæ malencõniæ, nullę maniacæ turbationes attingunt. Sanctus eſt hic & ĩmutabilis, non ergo eſt aĩalis ſpiritus tot mutationibus obnoxius. Sed ꝓter hæc tria ſpũs genera aĩalibus attributa. Quidã philoſophi ſpiritũ rebus penitus inſenſatis, & ipſis elemẽtis inꝑ eſſe uoluerũt. Dicũt. n. terrę naſcẽtia ſuũ hrẽ ſpũm ex elemẽtorũ mixtura ꝑdurantẽ q̃ tãdẽ reſoluit ĩ ęthera ipſis elemẽtis ſpũm exhibẽs. Hoc eſt q̃d arcanã miſtę q̃ntã eſſentiã noĩant. Dũ metalla & mixta oĩa reſoluũt in elemẽta & illa ĩ æthera, Dum reſoluunt inquam mixta in terram, terram in aquam, aquam in aerem, aerem in ignẽ, ignem in æthera ad q̃ntam eſſentiã ſua ſentẽtia puenerũt.

Hanc illi putãt elementorũ esse & mixtorũ spirituũ. Et eius uirtute metalla ad
se inuicẽ transmutari, sicut naturali spiritu nutrimenta in nutriti substantiã cõ
uertunt. Sed qdlibet quisq; & qtumlibet his addat modo constet hunc spũm
alchimiæ claudi, & uase angusto obstrui, mirisq; repagulis carcerari, igni adii
ci, uenenis inici. Miserũ & misellũ semp ad libertatẽ anhelare. Vnde sæpe im
mo semp illum detinentes aufugit, & quasi iniqs crudelissimosq; tortores, qs
sæpe decipe conatus est fallit tandẽ, Necq; iniuria qdem. Dolus. n. an uirtus qs
in hoste requirit? At spiritus q hodie dñi nostri Iesu Christi discipulis missus
est, claudi non põt. Girans. n. in circuitu p oĩa pergit, oĩa contiget, pficit oĩa, nec
unde fugit, neminem fallit, non tm metalla cõmutat, sed aĩas mutat & trahit ad
se. Mutat inq; semp in melius. Non auferendo naturã prisinã, sed gratiã nouã
producendo. Sanctus est & sanctitatis origo. Ita in aĩas sanctas transferẽs mu
nera sua, prophetas & uerę sapiẽtiæ philosophos, amicos dei instituit, diuidẽs
singulis prout uult. Tres qs primo noĩauimus, spiritus & a sancto spiritu lõge
distare monstrauimus, substantia si sunt certis in sedibus collocata, Vt uitalis
in corde, naturalis in epate, aĩalis in capite, Variabiles tm sunt. Propter qrũ ua
rietatẽ & inconstantiã non imerito dixit propheta. Spiritus ptransibit in illo
& non subsistet, & non cognoscet amplius locum suũ. Qm quatuor humorib
in hoĩs corpe assidue cõmutatis spirituum huiusmodi dispositio semp fluit, &
non subsistit unq; similis & æqualis sibi. Humoribus aũt eisdẽ penitus pturba
tis, corruptis, uel consumptis euanescunt, & locũ hi spiritus amittentes, qa nõ
sunt, & ille deficit, cognoscere nullatenus possunt. Hic uero quartus quẽ elemẽ
talem qrundam opinione ostendimus, si substantia sit, rõne caret, & se ipsum
secundũ philosophos non sufficit moderari, sed a certa regit intelligentia, quã
illi noĩant nõ errantẽ. Quare infœlices alchimistæ ubi oĩa incassum expti sunt
fomenta uel potius tormenta, calorũ ignium mensuras, & uenenorũ mortife
ras uires, nũc ad astrologiã se cõuertunt, putantes hunc spũm alicui stellæ esse
sociatũ cuius bnficio illum assequi uolunt. Et qd mere physice cœperant mathe
matice prosequunt uel potius dissipant. Nunc a nigromantia quærentes auxi
lium characteribus & suffumigiis hanc ipsam intelligentiã quã spiritui elemẽ
torum psidem putant, flectere satagũt. Hinc est q stultitiæ genus nunq; est so
lum. Dũ post impuras uenenorũ mixturas impiis nigromantiũ nugis, & stoli
dis astrologorũ somniis se cõmunit, uel cõfundit atq; cõfodit corpus simul &
aĩam. Spiritus aũt quẽ missum apostolis hodie fuisse recolimus substan tia est
eminentissima, q oĩbus substantiis exhibet unde subsistant, sapiẽtissima. Oĩm
est. n. artifex, oẽm hns uirtutẽ, oĩa prospiciens, a nullo moderata, moderatrix
oĩm & cõseruatrix. Sed pter hos tres spiritus a medicis cognitos, Et pter quar
tum elementis a multis attributũ nonne uentũ in sacris literis spiritũ esse noĩa
tum legimus? Nempe in psalmo scribitur, Ignis, grando, nix, glacies, spũs pro
cellarum q faciunt uerbum eius. Iam diximus nomen spiritus uim agentẽ signi
ficare. Ita cum uentus impetuosas procellas agat, non mirũ si uentos dixit pro
pheta spũm procellarũ, Sed hi spiritus multis nocent, nullis prosunt. Nõ pma
nent, Scitur unde ueniant, & q uadãt. Hic quẽ apostolis missum hodie gloria
mur, pa

mur, paraclitus est. i. cõsolator bnficus semp, utilis & honorificus, Ad ruinam
nõ impellit, sed cõfirmat & adiuuat ne ruamus in pceps. Nõ demergit, sed sub
leuat. Non lacerat sed resanat. Vbi uult spirat, nescitur unde ueniat aut q ua
dat. Vide q utilia opatus sit in apostolis q honorifica. Abstulit pauorẽ, dedit se
curitatẽ. Rudes & sine literis hoĩes compleuit uera sapientia, nulla antea loquẽ
di arte linguas imbutas, & quæ uix patrio sermone suos qualescunq; cogita
tus exprimebant, Ab omnium nationum quæ sub cœlo sunt gentibus fecit in
telligi, necq; tantum philosophis tradita, sed quę mens hnmana sua uirtute asse
qui non potest præstitit persuadere & ostendere.

Angeli tam boni q mali & animæ hoĩm spiritus nomen rite sortiunt,
sed non ita proprie, sicut tertia in summa trinitate persona.

Vbstantias insup sepatas quas sine dimẽsione. i. sine mole corporea de
us esse cõstituit, spũs noĩe appellare solemus. Dicimus. n. benignos an
gelos bonos spũs, puersos itẽ dęmones, malignos spũs. Aĩa insup rõna
les hoĩm intẽt utroscq; creatas. Vt possit qbus libuerit aggregari bonos spũs
dicimus, si pie in corpe uitã duxerint, malos si male, necq; imerito spirit illis at
tribuimus rõnem. Oẽs. n. sunt administratorii, semp opantes, boni diuinę mise
ricordiæ atq; clemẽtiæ, puersi diuinę institię & seueritatis decreta pficiũt. Aĩę
uero rõnales opantur utrũq;, dũ in corpe cõstitutę bnficentiæ aut neqtiæ stu
dio occupant. Extra corpus uero q pietatẽ coluerunt in creatoris clemẽtia glo
rificanda & ipse gloriose affatim occupant. Quę contra ipietatibus submersę
fuerunt, æternos cruciatus in inferni doloribus miserę semp exercent. Ita qm
hæ secundũ naturã incorporeæ sunt, & semp aliqd opant, nõ incongrue spũs
nomẽ acceperunt. Sed qa mutabiles sunt, & ex parte deficiũt. Spũs qdẽ de cuius
hodie missione lętamur, munera sentiũt, naturã asseq non possunt, qm ille in
creatus est & impmutabilis pseuerat. Hæc spirituũ q attuli in mediũ gña tam
uaria apte manifestant sui noĩs esse æquocã rõnem. Vnde cõstat tertiã diuinã
psonã q hodie sub linguis igneis sua munera dedit apostolis nomẽ spũs recte
sortiri, qm p oĩbus spiritib⁹ est oposissima summæq; uirtutis, sed illo solo nõ
posse concludi. Itaq; doctor sapientissimus q uiã dei in ueritate docuit agnõ
scendã, a q triũ psonarũ in una dei natura subsistentiũ noĩa, nobis referata sunt
cum primã pro gignendi rõne & potestatis autoritate, primaria patrẽ dixisset
Secundã pro genitura mentis unde subsistit filiũ noĩasset. Tertiã qm p uolũta
tem q proximũ est opantis dei principiũ, & finis oĩm, spũm sanctũ nos docuit
appellare, Qñ oĩs motus oĩsq; opationis sit primũ principiũ, & penitus immu
tabile. Is igit qui missus est spiritus creator est oĩm, per quẽ & cuius gratia fa
cta sunt omnia. Tertia in summa trinitate persona, spiritus non uitalis tantum,
sed uita omnium uiuentium & uiuorum. Non naturalis tantum, sed natura
omnia uegetans & conseruans. Non animalis tãtum, sed animorum & anima
tum omnium stabilimentum & basis, primum immutabile circa quod, in quo,
per quem & ad quem omnia sensum & motum acceperunt. Non elemẽtaris
quinta ue essentia, sed essentia prima faciens esse omnia, & prout uult illa com
mutans. Non uentorum impetus, sed uentos continens & contemperans. Cui

nulla tempestas potest resistere,neq; ulra quam iussit se potest attollere.Nō angelus bonus aut malus,sed amborum dux rector et dominus.Non hominis anima,sed animæ plasmator.Hic est quo iuxta Lucam omnes apostoli repleti sunt,secundum animam sapientia & charitate,secundum corpus patiētia & fortitudine,secundum utrunq; eloquentia & prædicandæ ueritatis uiæq; salutis ostendendæ sancto feruore.

¶ De ratione personæ in genere.

Actenus qd spiritus sancti noīe significetur est habitū,Nūc qd spūs.s.
h sit sumere uolentibus existimo opepciū intelligere prius qd sit psona in gne.Deinde qd in specie,postea qd in deo,tandē qd prima,qd secūda,qd tertia in deo psona.Hæc si declarauero sperò constabit tres tm diuinas esse personas.has esse unum & unicum deum,& harum tertiam esse spiritum
p sanctum.Personā nō hic grāmatice aut poetice audiamus aliquid laruatū sup inducta similitudine se occultans,& se aliū q̄ sit esse confingens,uti in theatris histriones & mimi,nunc seruos,nunc milites,nunc amantes uel potius amentes iuuenes,gestu,uoce,uestitu,incessu assimilantes.Hæc inquam tragicarū,comicarum,satyricarumq; psonarum rō q̄uis a uera psonæ significatiōe exordium habere potuerit,Longe tm ab illa discessit quemadmodū plene spero constabit,Si attentis animis accepitis quæ de uera & theologica rōne psonę mox dicā.Dictu qdem rara,intellectu ardua,sed utilia & pamœna.Persona qa per se sonet nomen sortita est.Per se aūt quatuor modis apud philosophos dici solet. Quorū primus secundus & quartus ad propositiōes.i. indicatiuas orōnes
Q sunt accōmodati,& ad rem nostrā non faciunt,Ideo ne aliud agere uideamur de illis nihil ad pns afferendū existimo.Tertiū p se seu perseitatis (ut ita dixerim) modū a philosophis descriptū,& rei quam agimus uere accommodatū explicemus,Hic modus non est p̄dicandi seu de alio negandi uel affirmandi ratio sed essendi.Vt illud dicat p se esse q̄d solitariū est.Sic Titius,Sēpronius Socrates,Plato sigillatim sumpti p se esse dicunt,qa soli sunt.Si uero sumatur Titius Sempronio sociatus,iam neuter per se erit.Huic tertio perseitatis modo
R duæ sunt necessariæ rōnes.s.diuisum esse a quolibet alio,& indiuisum esse a se ipso,sed in se penitus esse unū & integrū.Ita nullum accidens hunc tertiū mo-
S dū pseitatis ui naturæ creatæ habere poterit.Quia a subiecto diuisum esse nō potest.Possunt qdem accidētia habere primū modū dicēdi p se.i.intimas ptes genus & differētiā uel totū essentiale.i.diffinitionē de diffinito enunciantē.Vt si dicam albedo est color extremus,mixtura elementorum clariore cōsurgēs. Nigredo est etiā color extremus mixtura elementorū opaca proueniens.Possunt & secundum perseitatis habere accidentia.Sufficiunt enim integrare orationem intimā proprietatē exprimentē.Vt si dicā albedo est disgregatiua uis. Nigredo contra cōgregatiua.Possunt & quartū modū ostēdere.s.effectū formā necessario consequentē indicando.Vt dicere albedo albefacit.Albū albefit albedine,Sola substātia secūdū creatā uirtutē tertiū pseitatis suscipit modū.
T Qñ ipsa sine alia substantia sufficit pmanere.Substātia itē secūda.i. homo secūdum speciē,aīal secūdū genus,huius tertii pseitatis modi penitus sunt expertes Licet enim sint a se ipsis indiuisi, non tamen sunt ab omnibus aliis diuisa.

Qñ per singulos hoīes spēm hoīs,p singula aīalia genus aīalis est assignare, Si truncum & ramos cuiuslibet arboris simul accepis erit arbor p se unum,quia erit in se uel a se ipsa penitus indiuisa,& ab oī alia arbore sepata.Ramus eius p se hoc modo non erit,q̄diu in arbore manserit.Licet.n.sit indiuisus a se,nō est tn̄ ab alio ramo diuisus,cui p trūcum annectit̄.Non est ab ipso trunco diuisus p quem cū aliis ramis unā arborē facit,Si a trunco illum amputaueris, p se esse tertio pseitatis modo uere dicet̄,Vnde sæpe ex uno p se ente, plura p se entia V
fieri contingit.Vt diuisio corpis continui apte manifestat.Hoc igit̄ p se ens .i. substantia prima,ab omni alia substantia sic diuisa,ut nullius pars esse dicatur. A se ipsa uero penitus sic indiuisa,ut se totam integramq; contineat theologi Christiani dixere suppositū.Vt p se ens tertio pseitatis modo,& suppositū penitus intelligant̄ esse synonyma.Ideo uero illi suppositi nomē imposuerūt, ne q̄s crederet sic esse p se.i.solitaria ut oī prorsus societate careret̄. Multis.n.associantur.Qñ suis ptibus non sunt destituta,Suis accidētibus sunt fulcita.Sed qa & partes & accidentia gerunt,fulciunt,& quasi humeris portant, suppositā.i. subtus posita ueluti structuris fundamenta,sunt a theologis nūcupata.Hæc uero suppositā.i.p se entia,hæ inq̄ p se solæ substantiæ pmanentes non oēs p se sonant.i.uires suas p se ipsas nō exercent,Ligna certe & reliquę insensatę substantiæ se non mouent,neq; mutant locū.Sed aliunde mouer̄ necesse est. Nō ergo p se sonant,cum sonus fiat ex aere collisō p motū.Aliæ uero creaturæ rōne carentes,q̄ sensum & motum hn̄t,se neq; mouere,& sua uirtute sonare uidētur,qa tn̄ sine mente sunt,& non se agunt,sed agunt̄,etiam p se sonare nō pn̄t. Dum motus oēs a mente ꝓficiſci,ut a prima radice sit a physicis diffinitū.Qua potissimū rōne fretus Aristoteles in unū primum motorē uenit,quē primum intelligens siue primā intelligentiā appellauit.Vere igit̄ se non mouēt,neq; p Y
se sonant uegetabilia & sentientia tm̄.Vnde psonæ esse nō pn̄t.Quare nemo admiretur theologorū sententiā q; psonā in sola rōnali natura inueniri posse literis demandarunt,Viderunt hoīes acutissimi solam naturā intelligentē per se posse sonare.Qñ illa sui motus principiū,suarūq; opationū exordiū a rōne a mente quam continet libere sumit.Substantia igit̄ intelligēs,q̄ est a se ipsa penitus indiuisa,& ab oī alia oīno diuisa,est uere psona. Apparet nunc singulos angelos uere esse psonas.Sunt.n.a se ipsis penitus indiuisi,Sūt etiā ab oī alia re oīno diuisi. Qñ alterius rei partes essentiales uel integrales esse non pn̄t.Et si dicas illos partes esse uniuersi,Hoc est partes p aggregationē assignare,q̄ sibi Z
inuicē non cohærent,neq; in unā substantiā rediguntur.Apparet etiam aīam hoīs esse psonam.Licet.n.sit in se ipsa,sicut & angelus penitus indiuisa,& nulla rōne partibilis,non tn̄ ab oī alia re est oīno diuisa.Est.n.pars hoīs.Neq; uero qa ab hoīe sepatur,& pmanet sepata,ideo fit suppositum uel psona.Qm̄ ad pristinum corpus redire desyderat,& redibit aliqn̄,unde pars hoīs iterū fiet. Vt igitur aliqd sit psona quatuor simul accedere oportet. Illud esse naturaliter intelligens,esse indiuisum a se,esse diuisum secundū substantiā a q̄libet alio.Et amplius uniri aliæ rei non oportere.Hoc ego illud esse existimo,q̄d Ioannes Scotus sup tertio Sent. dixit,dum rōnem psonæ nitit̄ declarare.Duplicē.s.negatio A

nem duplicis dependētiæ,ut q̄ & ut q̄d actualis & aptitudinalis in natura intel
lectuali p̄sonæ rōnem conficere. Vt ex una affirmatione & quatuor negatio-
B nibus ratio plene consurgat unde aliq̄d dicit esse p̄sona, Hæc si qs diligenter
inspexerit,uidebit aptissime cur antiqui theologi dixerint personā esse intel
lectualis naturæ indiuiduā subsistentiā. Cur etiā recentiores statuerunt p̄sonā
esse suppositū.i.per se subsistens tertio perfectionis modo in natura intellectua
li. Quæ nos oīa pensitantes dicimus personā esse substantiā intelligendi & uo
lendi ui p̄ditā,suas proprietates,sua coniuncta accidentia per se solam sustinē
tem,ab omni alia re sic penitus diuisam,ut materiæ,formæ uel totius rōnē,nul
lo modo cum alia re possit habere. Sicut dicimus Petrū Paulū ue personam.
Quia uterq; per se subsistit.i.continet suas proprietates,sua accidētia, suas cō
ditiones,sub q̄bus est eius substantia quasi fundamentū firmans & cōtinens to
tius structuræ rōnem. Intelligit.n. Petrus suo intellectu,non alterius,similiter
& Paulus. Vult etiam uterq; propria sibi uoluntate in alio non constante q̄ in
ipso uolente, Vnde p̄sonare.i.per se sonare p̄t,& esse persona inde probatur
Necq; n. Petrus permanēs hō p̄t aliæ rei coaptari ut sit materia ex qua illud fi
at,sit ue forma per quā fiat. Aut sit totum rei alterius quam sui.

¶ De ratione personæ diuinæ.

Ene se habet,iacta sunt fundamenta. Vnde dicat̄ persona,ex q̄bus con
b stet,& q̄d sit in genere habitū est,Diuinę personę rōnem iā afferamus
Attulerimus aūt,si dei rōnē cōni p̄sonæ cumulauerimus, Sed q̄m dei
ratio nobis adeo est incognita,ut ille melius deū nouerit, q̄ se illū oīno nō pos
se cognoscere plenius intelligit,q̄to; plus aliis uidet̄ diuinę naturę aliq̄d attin
gere,ipse se nouit lōgius ab eius cognitione distare,ne circa impossibile nos la
borare cōtingat,persuasum habeamus deū esse,oīs perfectionis mensurā,fon
C tem,finē,receptaculū,& fluuiū semper inundantē,nunq̄ excrescentē,nunq̄ de
ficientē Et cū bona q̄tūlibet maxima cogitauerimus,hæc deū esse credamus,
neq; tn totū deū uel ei⁹ scintillā cogitasse sic cōfidamus. Sed q̄ plus boni,q̄ plu
ra bona cogitauerimus,plurīa semp̄ restare p̄suasū hēamus,& ad ea mēte pue
nire nō posse existimem⁹,& illa nobis penit⁹ ipossibilia cogitatu ī deo esse cer
tissime teneam⁹. Quod si q̄n aliqua sup̄ priora fuerim⁹ meditati, nihil plus dei
ītellexisse cognoscam⁹ q̄ pri⁹ agnouissem⁹. Est.n. īfinitus, Ita; recte de deo co
D gitabim⁹,si nihil eo dignū nos ad ītegrū cogitasse nouerim⁹. Nūc diuinā p̄so
nā p nro ībecillitatis modulo nō p rei ueritate p̄cisa,q̄ hr̄i a creatura nō p̄t,
diffiniam⁹. Dicim⁹ p̄sonā diuinā esse naturā siue substātiā īfinitā, & īcōp̄hēsibi
lē ab oī mēte creata,īfinite ītelligētē,& uolētē semp̄ ī actu. Perfectiōes suas sine
alteri⁹ adminiculo sustinentē,ab oī alia re sic diuisam,ut neq; materia,neq; for
ma,neq; totū,neq; ps alteri⁹ esse iā possit. Hui⁹ diffinitiōis ptes iā declarauim⁹
nisi q̄ dei substātiā uel naturā dixim⁹ declarari nō posse,Et p declaratiōe illud
habēdū ē,p̄testati sumus,nō posse illā creato ītellectui penit⁹ declarari. Satis
E igit̄ hoc loco fuerit,creatę & īcreatæ p̄sonę differētiā oñdisse. Persona creata
& corporea,qualis est hō,uim q̄dē semp̄ hēt intelligēdi,Interdū uero illa non
utitur,Interdum uti non potest. Dormiens nempe homo nihil plene intelligit,

uult nihil,& q̄diu idē membris agitur infantilibus,nihil ītelligit,nihil uult, cer
ta rōne. Adulti q̄ mente capiunt̄,uel aliqua corpis debilitate desipiunt,dum du
rat uitiū,nil intelligunt,nihil plene uolunt,& tn̄ p̄sonæ esse non desinunt. Hnt
em̄ unde aliq̄n intelligere queant,& intelligent corpe cōsolidato. Incorporeæ
p̄sonæ & creatæ (quales sunt angeli) ita p̄sonæ sunt,ut uim intelligendi semp̄
habeant,& usum nunq̄ amittant,neq; amittere possint. Q̄m mole corpis non
degrauantur,neq; organis egent corpeis,q̄ uitiari debilitate sunt solita,falli ñ
p̄nt,neq; oīa simul intelligunt,neq; dei substantiam mente cape funditus p̄nt.
Q̄m hi finiti,infinitū deum mentis uigore nequeunt concludere. Increatæ &
incorporeæ p̄sonæ,q̄ sunt sancta trinitas,atq; īdiuisa unitas,sic oīa,sic se semp̄
suamq; naturā intelligunt,ut falli nullatenus possint. Q̄m p̄ suam met substan
tiam q̄ illas latere non p̄t,intelligunt uniuersa. Tres igit̄ p̄sonarū gradus esse E
meminerimus. Infimus post oīa creatus ex corpe constat & aīa rōnali, in q̄ or
dine sumus oēs. Medius oīm creaturarū primus corpe absolutus sola mēte cō
tentus intellectu & uoluntate perficit̄. In hoc ordine sunt oēs angeli q̄bus uirt⁹
semper est intelligendi,& usus nunq̄ cessat in illis,sed intelligendo & uolēdo
p̄nt deficere per errorē. Quis.n. neget malos dęmōes errauisse. Q̄n a deo crea
tore suo auersi sunt? Quis item neget illos in errore persistere,dū ad illū redi
re recusant? Tertius personarū gradus oīm summus est, increatarū & penit⁹
incorporearū,quarū singula deus est totus,& simul oēs idē deus,ut mox si ille
p̄stiterit declarabimus. Istæ intellectū & uoluntatē non tam hnt q̄ ipsæ sunt in
tellectus & uoluntas,non tā intelligunt q̄; sunt suū intelligere,suū uelle. Ita sine
errore semper intelligunt,& sine defectu. Q̄m sicut a suo esse neq̄unt destitui, G
cum sit penitus necessarium,& infinite perfectum. Intelligere uero ac uelle eo
rum ab illis q̄uis secundum rem non differant,quæ sunt perfectissime ut sic di
cam necessariissime & infinite,eas perfectissime necessariissime & infinite oīa
intelligere negare non possumus,nisi rationis lumen sopiatur in nobis, Et de
diuinarum personarum diffinitione diximus hactenus.

¶ De numero nomine & essendi modo diuinarum personarum.

Vmerū earū,noīa & modos essendi nunc dicere aggrediamur. In ueteri
n testamento multa q̄dem dei noīa legimus sub denario numero. Hie- H
ronymus diuinarū literarū cōsultissimus recollegit. El uidelicet, Eloim
& Eloe, Quæ noīa deū fortē p̄dicant, Elion q̄d illum oñdit excelsum. Sabaoth
q̄d uirtutū uel exercituū p̄sidem sonat. Esserie q̄d qui est designat. Adonai q̄d
dñs latine nos dicimus, La q̄d sonat in deū, Tetragramaton sonans ineffabile
Et Sadai q̄d robustū notat. Sed hæc obmittamus. Non.n. tā personas q̄ naturā
dei & illius naturæ eminentissime ꝓprietates (ut nos hoīes cōiectare & cape
possumus) significare uidet̄. Deus hic decē noībus circūlocutus a Moyse, tres I
personas gerit,est; totus in tribus p̄sonis,quarū prima pater,& secunda filiꝰ
& tertia spiritus sanctus noīatur, Pater ideo prima dicit̄,q̄m generat de se de
um. Secūda filius dicit̄,q̄a deus est de deo,& a deo patre per genituram ꝓduct⁹.
Tertia dicit̄ spūs sanctus,q̄a ab utroq; p̄ amorē spiratū procedit. Nec tn̄ quia
hanc primā,illam secundā,aliam dicimus tertiā,iccirco dignius aliq̄d,aut excel

lentius est in una q̃ in alia. Coæternæ inuisē sunt, & per oīa coæquales. Verū quia teste Arist. sublimiū ueritates naturarū minus uidemus q̃ nicticoraces & noctuæ solis lumen aspiciant. Iccirco lippi debiles & caligātes nostrorū intellectuū oculi, mole corpis degrauati, uix per fumū & caliginē ea odorare & cōiectare sufficiunt q̃ naturæ incorporeæ nouerūt q̃ etiā absolutissime primeq; menti notissima sunt. Inde uenit q; deū patrē quasi priorē. Filiū qa de illo nascitur quasi posteriorē, spūm sanctū ab utroq; procedentē post ambos intelligimus, nō aduertentes radiū a sole & ab utroq; prodire splendorē, neq; tñ esse aliqñ uel fuisse solem sine radio, utrunq; semp adduxisse splendorē, non cogitantes ab igne esse calorē, & ante calorē ignē esse non posse. Cum tñ calor ab igne ꝓcedat, nō cogitātes ignē ꝑ calorē ab initio semp calefeciſſe. Qui effectꝰ sicut ab igne ꝑ calorē adducitur, ita de igne calor insurgit. Hæc si mens nostra examinaret, multa uideret alicunde ꝓcedere, nulla essendi secundū durationē prius aut posterius rōne, sed ut sic dicā ꝑexigentia quadā secundū naturā esse K ordinata nostroq; intelligendi modo accōmodata. Quæ tñ in deo ꝑexigentia longe aliter se habet, mirabilius, excellentius atq; pfectius q̃ cogitare possimꝰ. Sunt q; dicant gñationē a natura excogitatā, ut ea q̃ in uno indiuiduo neq̃unt ꝓmanere, multis ꝑ gñationem sibi succedentibus non deficiant. Sed gñatio cū sit opus naturæ elegantissimū, ab impura & impfecta rōne uenire non debet, Rōne igit pfectionis. i. suæ bonitatis ad integrū cōicandæ interius, exterius uero disptiandæ gratia, natura prima gñationem esse cōstituit. Non igit ꝓ conseruatione speciei, ullo ue pro indigentię supplemento fit gñatio in primo generante, qm̃ ille sui defectū nō metuit. Quæ uero sub luna generant, supplent decedentiū uices. Qm̃ impfecta sunt oīa illic genita. Vbi tñ si nulla decederēt, multa adhuc genita essent. Qm̃ naturā q̃ gignendi uirtute carere nō debet, tanto mūnere nunq̃ fungi erat absurdū. Si. n. turpe est q̃tūlibet minima in natura rerū ociosa uacare, q̃to turpius fuisset genitā uirtutē oīm excellētissimam in L uniuerso sterilē ꝓmanere. Sunt q; dicant gñationē tm̃ fieri ꝑ corpus. Sed & isti mea sententia prioribus hebetiores ingenio sunt, Ducunt nāq; errore priore ꝙ gñatio sit ad suppetias impfecti, ut eorū sñia gñatio sit ꝓpter corruptionem Cum rōne cōtraria, corruptio sit ꝓpter gñationem, Sed & maiori isti errore q̃ priores ideo tenent, qa non plus hauriunt mente q̃ sensu. Vnde sola corpea ꝑ corporū officinas gigni cōfirmant, qa in sola carne oculos hñt. Ita ea q̃ imaginationis hebetudine capę neq̃unt, penitus negant posse cōsistere, & iccirco ab incorporeis gñationis opus procul abiiciunt. Non uident isti gñationem non posse fieri sine spū, & a spiritu oēm uigorē accipę. Quæ si pensarent, qa certū hñt dare quēpiam nihil posse, q̃d nō habet gñationis opus nō tm̃ caducis corporibus darēt, sed spūi illi primo & purissimo qui deus est inesse cognoscerēt, Vt & spūs gignat, & spūm gignat, Quod si capę neq̃unt, qa certis instrumentis rebusq; corporeis gñationem corruptibilū fieri conspiciunt, Dicant quęso qa motū corruptibiliū fieri corporeis uidēt instrumentis, quō incorruptibile cœlū, spūs incorruptibilis circūferat? Dicant inq̃ qbus manibus, qbus brachiis, qbus ue lacertis, spūs tam rapido motu molē agat tam imensam? tam ue-

